



JO. ANDR. SCHMIDT/ P. P.  
EXERCITATIONVM  
HISTORICO-THEOLOGICARVM  
TRIGA

I.

DE MISSA SICCA

II.

DE MULIERE IN ECCLESIA

III.

DE CVLTV EVANGELIO-  
RVM

*missis ecclesiasticis, Bono cum Deo,  
postbac edendis præmissa.*



---

J E N Æ,  
Sumtibus JO. BIELCKII, Bibliopol.  
Literis WERTHERIANIS.  
M D C X C II.



NOMINI

VIRI SYMME REVERENDI

GEORGI GOEZI

THEOLOGI

&

ORATORIS

IBSQVE LONGO TITVLORVM

SYRMATE CELEBERRIMI

SACERI MEI AD CINERES

VSQVE DEVENERANDI

EXIGVAS HAS PAGINAS

IPSO GEORGI DIE

SACRAS ESSE VOLVI

JO. ANDR. SCHMIDT/ PROF. PUBL.

Vir Summe Reverende  
Socer-Venerande

GEORGII  
THEOLOGI

**I**omini Tuo ut ipso nominali die has patinas inscriberem, dñe sunt præcipua rationes, quas me impulisse videbis. Novi multis abhinc annis Tuum erga me, hominem nullius adhuc nominis, constans studia mea promovendi studium. Vidi post hæc tempora singularis favoris indicia, ad invidiam usque illustria. Tuus nondum eram, mea tamen tanquam Tua curabas. Nunc Tuum cum Deus me esse voluerit, tanta ex benignita-

Tua sentio, quae mens mea astu-  
re quidem novit, lingua au-  
m eloqui nequit. Grandes enim  
uterias ingenia parva non su-  
ment, & in ipso conatu ultra-  
res ausa succumbunt. Quanto  
opus fuerit, quod dicendum est,  
nisi magis obruitur, qui ma-  
ritudinem rei verbis non potest  
explicare. Prestant ergo haec pagi-  
na, quod mihi datum non est; &  
in orbem dicant me esse Tuum,  
et ob innumera beneficia debito-  
rum. Sint haec prima lineamenta  
tabula, quam in ara gratitudi-  
nis NOMINI TVO suspendo.  
Dabit Deus, dabit dies, vires &  
occasione, ut illa deducatur ad  
sum perfectionem, quam in votis  
abo. Ceterum, quod alterum  
earum rationem caput, igno-  
rum mihi non est, quam nota Ti-  
bi

(o)

---

bi sint hæc studia. Me ergo in hoc  
stadio currentem, consilio auxili-  
oque juva , à recto tramite au-  
tem aberrantem reduc in viam,  
que regia salutatur. Pauci e-  
nim hodie sunt, qui scribentem  
amicè moneant, cum plures ma-  
lant esse Placentini, quam Ver-  
nenses. Ex paucis istis, Tu tri-  
mus eris, cujus monita non dun-  
taxat expecto, sed certo mibi pol-  
liceor. Interea servet Te Deus  
Ecclesia, Academia nostra, toti  
familiae, mihi denique quam diu-  
tissime, & sape nobis reducat hunc  
sine face diem! Vale. Dabam e  
museo, die, quem Georgio in fasili  
sacrum esse videmus. A.O.R.  
**M DC XCII.**



# LECTORI

s.

Quod felix atque faustum  
sit, hanc exercitationum  
historico-theologicarum  
ingam, annis ecclesiasticis in fu-  
num, si Deus vitam & vires con-  
siderit, edendis præmittere volui.  
opus horum annorum erit, vel  
argumenta rariora ex antiquitate  
ecclesiastica illustrare, prout se  
trulerint; vel monumenta quæ-  
cum veteris & recentioris ævi,  
condum edita, ex archivis, biblioi-  
cais seu publicis seu privatis, a-  
isque locis, in sacræ historiæ  
applementum producere. Habe-  
bunt ergo eruditi, quibus utantur,  
illi, qui ad notitiam harum re-  
um aspirant, quibus fruantur. Ex  
his

5(0)5

---

his capitibus & hæc & futura, i.e.  
Et or Benebole, judicabis. Si ultra  
vires aliquid me audere observa-  
veris, tenerrimo dabis amori, quo  
in has literas feror. Quemadmo-  
dum enim sua quemque trahunt  
studia, sic me, quantum cura pre-  
fessionis publicæ permittit, cultu-  
ra physicæ matheseosque , nec  
non historiæ sacræ varietas totum  
tenent. Illa quidem , ut Deum  
meum , omnibus momentis mi-  
randa operantem , observarem.  
Hæc autem, ut Jesu mei per omnia  
secula providam Ecclesiæ curam,  
contra externos hostes defensio-  
nem , & ab ipsis visceribus casti-  
gationem illatam , sed & a Deo  
gratioso iterum sublatam , meo  
commodo , solatioque discerem.  
Cuncta hæc si tecum recte repu-  
taveris, errantem vel excusabis vel  
amicie monebis. Vale.

DISSE<sup>T</sup>RAT<sup>O</sup> PRIMA

*Dc*

MISSA SICCA.

§. I.

**N**ondum orbis adoraverat Romam, nondum Pontificis innotuerat nomen, cum ad aram Ecclesiæ, quam Christum posuimus, una fidelium mens, eademque ceremonia extitit. Quò propior enim Ecclesia temporibus Salvatoris nostri fuit, eò emotorius à varietate ac vanitate ceremoniarum, quas otiosa hominum mens excutivit, fuisse observatur. Ceremoniam autem dum fecimus mentionem, non es intellectas volumus, quæ ad substantiam Eucharistiae spectantes mandatum diuum habent & praxin Apostolorum, atque hinc necessariò observari debent: ut

A

in

in publico conventu, si possibile est, accipere panem & calicem, benedicere, distribuere, manducare, bibere, mortem Domini annunciare. Præter has sunt alia, quæ mandato divino expresso quidem continent, in se tamen bonitatem habent, & ad ædificationem Ecclesiæ adhiberi possunt, ut lectiones ex Vet. & Nov. Test. prece, cantiones sacrae, &c. Iterum aliæ dantur, quas indifferentes vocamus, & verbo divino non repugnant, ut ornatus cum altaris, tum sacerdotis &c. Denique observabis in hoc negotio alias, quæ superstitionem impietatemque sapiunt, utpote cum vivi atque defunctis sacrum hoc prodesse volunt; immò, si animæ in purgatorio detineri creduntur, unicum satisfactionis medium ponunt. Prioris igitur generis ceremoniæ sunt necessitatis, secundi & tertii christianæ libertatis, & quarti superstitionis ac impietatis. Quemadmodum autem durum est, ea quæ libertatis sunt, pro necessariis agnoscere, sic durius ea, quæ nec necessitatis, nec libertatis sunt, formula dictatoria sub anathemate nobis injungere, quod utrumque tamen Ecclesiam, quæ Ro-

una dicitur, fecisse scimus & dolemus. Iude enim jugum cervicibus nostris nec aponi debet nec potest, quod nec Patres nostri portarunt, nec illi ferendo pares se moverunt.

§. 2. Primis quippe temporibus sanissimum hoc officium absolvebatur panis in benedictione, mysterii brevissima applicatione, panis fractione, utriusque distributione, & mortis Dominicæ annunciatione, ceu tres Evangelistæ Matthæus, Iacobus & Lucas referunt. Hanc formam Apostolis sartam testamque fuisse sermonem, testari potest Paulus, qui Corinthiis mysterium hoc tradidit, quod à Dominis accepérat. Reliquos Christi discipulorum formulæ huic similiter inhæsisse, & Ecclisis suis sub nulla alia ratione tradidisse, dicere non licet, cum eodem spiritu erint impulsi.

§. 3. Proximis abhinc annis qua ratione hac peracta fuerit, testis esse potest Iustinus Martyr. Apol. 2. pro Christianis p. m. 97. Καὶ τῇ τῷ ἡλίῳ λεγούσθη πατέρα πάντων χριστὸς ἡ αγέρες μενόντων οὐδὲ τὸ αὐτὸ συνελεύσεται, οὐδὲ τὰ δότομημονευματά τῶν δοποδό-

λων, η τὰ συγχρέματα τῶν ωροφητῶν αἰσθανόσκεται μέχρις ἐγχωρεῖ. Εἴτα πανταμέρα αἰσθανόσκον] Θο, ο ωροεισως οὐδὲ λογις τὴν εὐθίσιαν τοιούτην κλησιν τῆς τῶν καλων τοταν μιμήσως πιθανή. επειδα ανισαμεθα κοινη παντες, καὶ διγα πιμπομένη. Καὶ, ὡς ωροεισως θομένη, πανταμέτωπη μῶν τῆς δικτύου, αρτοθο ωροσφερετω, καὶ εἰς οὐδὲ οὐδερ. Καὶ ο ωροεισως δικάσις ὁμοίως καὶ δικαστίας ἐστι διναμις αυτῷ αναπειπτε, καὶ ο λαος εἰπεισως Φημεῖ λεγων το αμήν. Καὶ η Διδόποις καὶ η μετάληψις δέπο τῶν δικαστησθεντων εκάτην εινεται, καὶ Τοις καὶ παρέθετι Διὸς τῶν διακονων πεμπεται. Solis, qui dicitur, die, omnium qui vel in oppidis, vel ruri degunt, in eundem locum conventus sit: Et commentarii Apostolorum aut Scripta Prophetarum, quo ad tempus fuit, leguntur. Deinde lectore quiescente, presidens orationem, qua populum instruit, Et ad imitationem pulcherrimorum rerum hortatur, habet. Sub hac consurgimus communiter omnes, Et precationes profundimus: Et sicut retrahimus (nim. pag preced.) precibus peractis panis afferatur, Et vinum Et aqua: Et propositus niderem, quantum pro virili sua potest, preces Et gratiarum actiones fundit: at populus faustè acclamat: amen! Et distributio

munioque sit eorum, in quibus gratiae  
et aliae, cuique praesenti: absentibus au-  
per diaconos mittitur. Ex quo loco  
apparet ad nullum Canonem tunc  
temporis Ecclesiam fuisse alligatum, cum  
repositorius licet prolixè, ceu in antecedentibus  
dixit, tamen *οσην δυραυις αὐτοῦ*, quan-  
um pro virili sua potest, i. e. pro viribus  
S. gratia concessis, preces fundat. Ad  
augustinum Ep. 57. ad Paulinum, Chrysostomum  
hom. 18. In 2. Cor. Et in 1. Tim. 2.  
Iobrosum Lib. 4. de Sacramentis. Imò  
quos Pontificii tanquam suos semper  
regni estimarunt, idem de istis temporibus  
affirmant. Ex multis nunc produco  
Ufridum Strabonem de Reb. Eccl. c. 22.  
n. 6. Bibl. P. p. m. 690. *Quod nunc agi-*  
*inquit, multe iplici cantilenarum Et con-*  
*versationum officio, eorum hoc Apostoli Et*  
*ipso proximi ut creditur, orationibus*  
*commemoratione passionis Dominice, si-*  
*ipse praecepit, agebant simpliciter. Et*  
*usus majorum est, in primis temporibus*  
*Ihesu fieri solitas, sicut modo in Parasteseve*  
*scbe (in quo die apud Romanos Missæ non*  
*erunt) communicationem facere solemus;*

(en! una vice per totum annum apud hos antiquitatis veræ vestigium recurrit) id est premissa oratione Dominica, & sicut ipse Dominus noster pracepit, commemoratio ne passionis ejus adhibita corpori Dominico communicasse, & sanguini, quos ratio per mittebat. Huic addo Bernonem Augu-  
sem Abb. in libello de quibusdam rebus ad missæ officium pertinentibus, cap. i. p. 710.  
T. 6. Bibl. P. Igitur in exordio nascentis Ec-  
clesie, inquit, non eo, quo nunc, modo vel or-  
dine sacra celebrabantur missarum solennia,  
teste etiam beatissimo Gregorio Papa, qui in-  
ter multa que constituit utilia, cum in cele-  
bratione missarū, cum etiam in vario eccl-  
esiasticarum rerum usu, ad conficiendum cor-  
pus & sanguinem Christi, orationem domi-  
nicam fecit decantari, sicut de eo scriptum  
est: Orationem Dominicam mox post can-  
nem super hostiam censuit recitari. De hoc  
& de aliis cum quosdam murmurare sen-  
tret piissimus Pater inter alia non digne-  
sus est hujusmodi orationem reddere, dicens:  
Orationem Dominicam idcirco mox post  
precem dicimus, quia mos Apostolorum fu-  
it ad ipsam solummodo orationem, oblatio-

ibostiam consecrarent. Et valde mibi in  
troniens uisum est, ut precem, quam scho-  
nicus composuerat, super oblationem dice-  
mus, & ipsam traditionem, quam redem-  
noster composuit, super ejus corpus &  
quidem non diceremus. Sed crescente  
aureligionis, simul accreuit decus ecclesi-  
astibonoris. Plures idem testantes qui  
siderat, adeat M.L.Ellies du Pin biblioth.  
vell. T. 1. p. 9.

§. 4. Atque hinc simul patere puto,  
ad liturgiæ illæ, quæ vulgo nomine Pe-  
tri, Jacobi, Marci, Matthæi, Clementis,  
Ambrosii, Chrysostomi &c. circumferun-  
tiæ, vel supposititiæ, vel non receptæ fue-  
nt, vel si receptæ in Ecclesiis illorum vi-  
tuum, non tamen necessariò illos auto-  
matically habuerint. De prioribus vid. R. P. Fr.  
Matthæi Alexandri H. E. sec. 1. cap. XI. art.  
1. 80. seqq. Mr. du Pin. l. c. p. 8. seqq. In  
scie quod Liturgiam Chrysostomi atti-  
xit, Frider. Spanheimius Introduc̄t. ad Hist.  
L. T. Tom. 1. p. 380. sequentia notat: in Ms.  
quicquid satis Liturgiæ Chrysostomi, quod  
penes nos est, ex Oriente allato hoc seculo,  
marita pergamena, primò desunt omnia il-

la quæ habentur in vulgatis exemplaribus,  
de prævia confessione sacerdotis & diaconi,  
præparatione panis, commemoratione  
virginis &c. incipitque εὐχὴ τῆς μεγάλης,  
οἱ θεοὶ νῦν οἱ τὸν σπέρματος ἄρτοι &c. Deinceps  
in medio & fine non pauca desiderantur  
quæ in codicibus impressis. Tum latino-  
rum dogmati & praxi aduersa plurima v.  
g. in appellatione Γενίας λογικῆς, αναμέλεια,  
in oblatione precum, laudum, votorum,  
quæ vera προσφορὰ, in compellatione  
Christi post consecrationem, nempe ut ei  
sancto suo domicilio attendat, ex throno  
sui Regni, & veniat sanctificare nos, καὶ  
αἰσ Τὸν αὐτόσαυτον &c.

§. 5. Sed prælaudata illa ceremonia-  
sum simplicitas vix ultra ann. 300. durave-  
rat. Postquam enim ab externo hoste  
Ecclesiæ, vel nullæ vel paucæ amplius ti-  
menda fuerant afflictiones, interdum qui-  
dam ex devotione, alias quodam casu  
quasdam ceremonias, preces &c. addidit,  
quæ postea in memoriam viri alicujus de  
Ecclesia bene meriti fuerunt receptæ.  
Donec tandem res in eum devenerit sta-  
tum, qui hodie in Romanensem Liturgia

dere est. Scil. talis est in SS. illo negotio  
premoniarum & precum series, à qua re-  
dere in ecclesia nemini integrum est.  
mō Præparatio varia Sacerdotis cele-  
muri ; Introitus , seu orationes variæ,  
moi, alterni cantus, salutatio, Collecta,  
ctiones, Graduale , seu Responsorium  
nori ; Offertorium & alia prævia cano-  
; Canon ipse secretò dictus à sacerdote,  
quo orationes variæ, Consecratio, Ele-  
mo, commemoratio mortuorum, Oratio  
Dominica, &c. tandem Communio, hinc  
et communio & consummatio Missæ.

§ 6. Non tantum autem res in hanc  
solem crevit, sed etiam varia Missarum  
modera fuerunt successivè introducta. A-  
menim Missam fecerunt de *festo simpli-*  
*duplici, semiduplici*; aliam de *Dominica*,  
*ad feria, vel vigilia, vel octava, vel extra*  
*annem*; aliam *votivam*, aliam *pro defun-*  
*tis*, aliam *de sanctis*, aliam *albam*, *nigram*,  
*videm, rubram, violaceam à colore pavi-*  
*mentorum altaris, sacerdotis, ministri-*  
*que ita dictam*; aliam *siccām*, aliam  
*missiccām*, &c. Sed pleraque hæc nec à  
Christo, nec ab Apostolis Apostolicisq; vi-

ris, nec à primitiva Ecclesia instituta vel recepta fuerunt, prout id *Dalleus de religiosis Latinorum cultibus L.IX. cap. 4. seqq. p. 1188. seqq.* pluribus ostendit, singulorūq; jam memoratorum initia demonstravit.

§. 7. Taceo nunc futilis illas controversias, quæ à Moralistis in sanctissimo hoc negotio moventur, ut dum quæritur: *An sacerdos possit consecrare hostiam post tergum vel parietem existentem?* Et quid stante hostia post tergum, si per speculum cerneretur? *An sacerdos, qui omittet in consecratione particulam* *Enim, conficiat Sacramentum, vel saleem peccet mortaliter?* *quid si dicat, hic enim calis, S pro X? vel hic est corpus meum: vel hoc corpus est meum: vel meum est hoc corpus, an validè consecraret?* cuius generis plures apud *R. P. D. Anton. Dianam Panormitanum Tom. II. Tract. 1. de Celebrat. Missarum sol. 219. seqq. p. m. 130. seqq.* invenies.

§. 8. Si jam quis hanc rerum faciem cum antiqua illa & germana Ecclesiæ institutione & celebratione conferat, ei contingit, ut quemadmodum *Florus scribit:* *L. 16. 8. Hodie Samnium in ipso Sammone-*  
qui-

atur; vel ut *Seneca Epist. 91.* loqui-  
tur: *Lugdunum quod in Gallia ostendebat-*  
*ur, queratur; sic hoc rerum statu Eucha-*  
*stiam in Eucharistia querat.* Olim qui-  
tm hæc actio inter mysteria referebatur,  
Menni formula: *Ite Missa est.* Catechu-  
meni ab ea dimittebantur, imò arceban-  
ti. Nunc uti moris non est, sic nec opus  
est, Christianos ab ea dimittere, cum vel  
teris oculis non videant, quid actiones  
velint; imò dubitandum, an omnes fa-  
tudotes intelligent, quid agant, & scopum  
im̄sequantur, quem autores, de litur-  
gis atque divinis officiis scribentes, in-  
dunt. Id quidem scire debebant, si fa-  
tudotis munus implendum erat, quod et-  
in *Capitularium lib. 6. c. 366. edit. Baluzi-*  
*up. 991.* urget; ut *baptisma catholicum*  
*caruent, & missarum preces bene intelli-*  
*gent.* Ut psalmi digne secundum divisiones  
ihsuum modulentur & dominicam oratio-  
nem ipsi intelligent & omnibus prædicent  
intelligendam, ut quisque sciat, quid petit à  
Sed talia ab hoc hominum genere  
nō semper sperari possunt, cui certa no-  
nā quorundam verborum dubiorum in

Bre-

Breviario Romano poni debet, qua ratio-  
ne nimis. sint leganda, ut à Barth. Gau-  
to in thesauro sacrorum rituum T. 2. p. 43.  
seqq. edit. ultime factum fuit, quia debito-  
rem se esse omnibus agnoverit, etiam studio-  
ribus è Clero.

§. 9. Prolixum nimis foret, si omni-  
tem hanc concernentia pro dignitate ex-  
minare vellem. Imo actum agerem, cum  
pleraque à viris eruditis vele excusa veldi-  
cussa fuerint. Lubet hac vice exemplissi-  
ma illa materia unicam decerpere particu-  
lam, & quid per Missam siccam intellexe-  
rint, quo in casu adhibita fuerit, quam ba-  
præ se ferat antiquitatem, quando abrogata.  
Et an plane cessa verit, quidque malis in seba-  
uerit, paucis disquirere.

§. 10. Sicca igitur Missa dicebatur, quan-  
do Sacerdos potest accepta stola epistolam  
& Evangelium legere, & dicere orationem  
dominicam & dare benedictionem. Quin  
imo si ex devotione, non ex superstitione  
velit totum officium Missæ sine sacrificiis  
dicere, accipiat omnes vestes sacerdotales,  
& Missam suo ordine celebret usque ad  
finem offerendæ: dimittens secreta, quæ

ad

sacrificia pertinent. Præfationem ve-  
tū dicere potest, licet in eadem videantur  
angeli invocari ad confectionem corporis  
sanguinis Christi. De canone verò ni-  
hil dicat, sed orationem Dominicam non  
intermittat, & quæ ibi sequuntur, subsi-  
entio dicenda, non dicat, calicem vel ho-  
cum non habeat, nec de his, quæ super  
calicem vel eucharistiam dicuntur vel fi-  
xat, aliquid dicat vel faciat. Potest et-  
dicere: Pax Domini semper sit vobis-  
m, & exinde Missæ officium suo ordine  
engat, melius est tamen alia omittere;  
ut verba *Guil. Durandi in ration. divin.*  
*l. 4. c. 1. p. m. 26.* quæ etiam excerpta  
debis apud *Jo. Steph. Durantum de riti-*  
*Ecclesie Catbolica l. 2. c. 4. n. 8. p. m. 284.*  
*q. Job. Bonam Cardinalem rerum litur-*  
*gicarum, l. 1. c. 15. p. m. 211. seqq. Carol. du-*  
*nisne gloss. ad scriptores medie & infime*  
*tit. Tom. II. sub tit. Missæ p. 586. Domi-*  
*nium Macrum bierotexico sub tit. missæ*  
*up. m. 383. seq. qui ritum hunc sequen-*  
*m in modum ex Alberti Castellani sa-*  
*udotali lib. 1. tr. 4. c. 34. refert. Quoad*  
*missam siccâ celebratur cum cotta & sto-*  
*la*

la, fit confessio de more, dicitur tantum  
 introitus, Gloria & credo (si occurrent)  
 Epistola, Evangelium, offertorium, Patre  
 noster, Agnus DEI, datur pax, post Com-  
 munio, orationes, quæ clara voce dici so-  
 lent, datur benedictio, & Evangelium Jo-  
 hannis in fine. Ab his processibus tamen  
 paulum recedere videtur liber Sacerdoti-  
 lis à Leone X. probatus, & à Joh. Steph.  
 Duranto ex Navarri libro de oratione Mi-  
 scell. § 3. citatus, dum Part. I. tr. 4. c. 34.  
 ait: hæc ex aia leguntur, data benedictio-  
 ne post missam celebratam & Evangelio  
 S. Johannis lecto, celebrans deponit casu-  
 lam, & omnibus aliis paramentis retentis,  
 stans in coruu epistolæ, versus ad altare  
 detecto capite legit absolute ex missali in-  
 troitum alterius missæ: Gloria in excelsis  
 DEO, si illud in prima Missa non dicitur, &  
 illi missæ conveniat, alioquin ipsum præ-  
 termittit. Idem observat de Credo in-  
 dum DEum, subjungit, prætermisis, Do-  
 minus vobiscum & Oremus, orationem  
 epistolam, &c. Gerit igitur hic ritus mi-  
 ssa nomen, quia pleræque missæ partes in a  
 occurruunt. Sicca autem salutatur, que

Sine corpore & sanguine Domini, vel  
aut Pontificii loquuntur, quia caret non  
cum consecratione, sed etiam sumtione  
corporis Christi, ut ex collatione horum  
im supra adductis missæ solennibus & i-  
brum Pontificiorum Eckii, Bonæ alio-  
mque confessione patet.

§. II. Quo in casu autem missâ sicca-  
bita fuerit, quod alterum disquisitio-  
nostræ caput est, tunc perspicuum fiet,  
quædam ex Liturgicis à me fuerint sup-  
posita. Primo, Missam non posse, nisi à  
cerdote jejuno celebrari, secundum di-  
fforum Patrum præscripta , concilio-  
mque statuta; & hinc secundo tempus  
minum missis habendis possum-  
us, exceptis missis nocturnis , quæ  
in more erant & vespertinis, quæ di-  
us jejunii peragi solent. Inter horas au-  
a temporis matutini tertia, i. e. cum  
pars diei exacta est, à Telesphero, ut  
Amalarius, vel à Damaso ut Baronius scri-  
biuic officio tributa fuit, eo rigore, ut  
Amalarius Fortunatus Leonem III. di-  
molo ad missam intrare viderit, sine cen-  
acum dimittere (ægrè id ferente Bonæ  
L. C.

*I.c.p. 335.)* non potuerit. Nunc autem missæ  
 præseruum privatæ quacunque hora diæ  
 possunt ab aurora usque ad meridiæ.  
*Tertio,* et si in Ecclesia fuerint dies polyt-  
 turgici, cum sc. ecclesiæ festivitates occur-  
 rerint, tamen ordinariæ semel in die missæ  
 ab uno sacerdote celebrati debebat, sicut  
 & Christus semel voluit immolari. Hn  
 præmissis, *Genebrardus libro de liturgia*  
*Apostolica missam sicciam commendat pro*  
 his, qui mane integræ missæ interesse non  
 possunt, quales sunt, qui vel ante tempus  
 missæ præfixum summo mane ante auto-  
 ram in rus, venatum e. g. exire volunt; vd  
 peracto jam officio accedunt; vel ob inti-  
 mitatem corporis aëri tamdiu expositi esse  
 nequeunt. In his casibus non erat debi-  
 tum tempus, vel non licebat sacerdoti re-  
 petere Missam, vel favori auditorum ali-  
 quid dabatur. Porro quoque locum habe-  
 bat, quando defuncti post meridiæ sepe-  
 liendi erant; pro qua re in usu fuisse his  
 temporibus idem testatur, seque Taurini  
 anno 1587. in exequiis viri nobilis, qui ve-  
 spera sepeliebatur, hujusmodi Missa, cœsi  
 Diacono & subdiacono cantatæ, interclus-  
 sc.

Et Tolosæ, dum post prandium defuncti sepulturæ dantur, missam hanc celebrari, notavit *Job. Stepb. Durantus de tribus E. C. l. i. c. de cœmiteriis.* Ecclii, qui in terram sanctam iter susceperunt, ex ea redierunt, vel etiam in Barbarorum manus venerunt, hoc modo officia prima peregerunt. Sic S. Ludovicum Gallicum regem in captivitate penes Saracenos detentum, solitum fuisse hanc missam siccam audire quotidie, refert *Gvilielmus Carnotensis* in ejus vita, his verbis: *utum officium Missæ absq; Sacramenti coniunctione assidue cum uno Presbytero predicatoro me adjuncto, sibi tunc temporis Clerico, jugiter exolvebat devoto corde.* Idem firmitat *Gaufridus* in vita ejusdem, quam missam sine Canone appellat. Tandem enim in navigationibus (hinc nautica dicitur) adhibitam legimus, tum ob periculum versandi sanguinem ob continuam agitationem, tum quia locus honestus in navi quibusdam non videbatur, in quo sacerdos decenter possit missam interum celebrare. Hinc *Guilielmus de Nauaro Monachus* in libro gestorum S. Ludovici

dovici narrat, religiosissimum regem, cum  
è transmarinis partibus rediret in Galliam,  
corpus Christi in navi decentissime collo-  
cari, atque ibi officia divina & missam ex-  
cepit ocanone quotidie celebrari fecisse.

§. 12. Post hæc tempora acris fuit  
controversia inter Moralistas præcipue in  
Academiis Hispanorum de Missarum ce-  
lebratione in mari, aliis plane negantibus  
permitti debere Eucharistiaæ celebratio-  
nem, quos magno numero citatos inven-  
nies apud Antoniu. Dian. T. 1. 17. 1. ac  
celebrat. Missarum, atque de S. Eucbar. p.  
Resol. 135. §. 1. p. m. 79. seqq. aliis autem affir-  
mantibus. Inter hos omnes maximè mihi  
placet Cardinalis de Lugo de Sacram. Eu-  
charistiaæ Disp. XX. Sect. 3. p. 534. seqq. qui  
aliquot fundamenta adducit, ob quæ con-  
cedi potest, ut in mari aliquando celebre-  
tur. Primum est desumptum à consueta  
dine in Ecclesia observata: οὐ μέντοι εἰς  
παῖδας διεκομένοι, οὐ διατάχματοι, εορτασμοί  
οὐ τόποι. οὐ πᾶς ὁ τῆς καθ' εκαστοῦ Στιλίου  
τόπος, πανηγυρικὸν ήμιτρέζοντε χωριστός,  
εἰρημία, ναύς, πανδρέῖον, δεσμωτερια.  
Cumque soli ab omnibus fugaremur si que-  
oppi-

opimeremur, nibilominus tunc quoque fesoegimus dies. Quis denique locus, in quo varias & erumnas sigillatim pertulimus: q[ui]t, inquam, solitudo, navis, stabulum, uicer, instar templi ad sacros conventus trahendos fuit, inquit Dionysius Alexand. quid Eusebium H.E. l. 7. c. 22. p. m. 268. & nosconventus Cardinalis Baronius tom. 1. anno Christi 17. dicit constitisse lectionis & colloquiis spiritualibus & S. Eucha-  
titia.

13. Rem clarius ostendent sequentia templa, quorum primum Gregorius M. & Maximiano, Syracusanæ civitatis Episcopo, refert & seq. in modum describit: Neque hoc silendum puto, sunt verba,, Gregorii, quod omnipotens Deus super,, Maximianum famulum suum, nunc Sy-,, ruscanum Episcopum, tunc autem mei,, monasterii patrem dignatus est monstra-,, miraculum. Nam dum iussione Pon-,, sis mei in Constantinopolitanæ urbis,, alatio responsis ecclesiasticis deservi-,, em: illuc ad me idem venerabilis Ma-,, nianus charitate exigente cum fratri-,, as venit. Qui cum ad monasterium,, B 2 meum

,, meum Romam rediret, in mari Adriati.  
,, co nimiâ tempestate deprehensus: in-  
,, æstimabili ordine atque inusitato mira-  
,, culo erga se cunctosque qui cum eo  
,, aderant, omnipotentis DEI & iram co-  
,, gnovit & gratiam. Nam cum in eorum  
,, morte ventorum nimietatibus elevati  
,, fluctus sævirent: ex navi clavis perdita  
,, arbor abscissa est: vela in undis projecta  
,, totumque vas navis quassatum nimis  
,, fluctibus ab omni fuerat sua compage  
,, dissolutum. Remis itaque patentibus  
,, intravit mare: atque usq; ad superiores  
,, tabulas implevit navem: ita ut non tam  
,, navis intra undas, quam undæ jam intra  
,, navem esse viderentur. Tunc in eadem  
,, navi residentes non jam ex morte vici-  
,, na, sed ex ipsa ejus præsentia ac visione  
,, turbati omnes: sibi met pacem dederunt,  
,, corpus & sanguinem redemtionis accep-  
,, runt: Deo se singuli commendantes, ut  
,, eorum animas benignè susciperet, quo-  
,, rum corpora in tam pavendâ morte tra-  
,, diderat. Sed omnipotens DEus, qui e-  
,, orum mentes mirabiliter terruit, eorum  
,, quoque vitam mirabilius servavit. Nam  
,, diebus 8. navis eadem ad superiores ta-  
bulas

iusquis plena iter proprium peragens,,  
utavit. Nono autem die in Cothro-,,  
sis castri portum deducta est. Ex qua,,  
ierunt omnes incolumes, qui cum pre-,,  
do venerabili viro Maximiano navi-,,  
bant. Cumque post eos ipse quoque,,  
eret egressus, mox in ejusdem portus,,  
 profundum navis demersa est: ac si illis,,  
 sedientibus præ pondere sublevatio-,,  
 caruisset: & quæ plena hominibus in,,  
 lago aquas portaverat atque nata-,,  
 rat, Maximiano cum suis fratribus re-,,  
 dente, aquas sine hominibus in portu,,  
 convaluit portare; ut huic omnipotens,,  
 Eus ostenderet, quia hanc onustam sua,,  
 non tenuerat, quæ ab hominibus va-,,  
 & derelicta super aquas non potuit,,  
 emere. B. Gregor. Dial. lib. 3.c.36. fol. 233. A.  
 Si posteris tradidit vitam Vulfranni, Ar-  
 chiepiscopi Senonensis, Jonas Monachus  
 ius seculi scriptor, qui à Frisiæ mo-  
 nacho eam accepit, de ejusdem Sancti ad  
 missos pariter convertendos Apostolatus  
 tempore ista habet, que extant apud Sur. die  
 Mart. Nec, inquit, silentio est prætereu-  
 um, quod divina pietas per eundem,,

„ Sanctum Pontificem operari dignata est  
 „ Plurima enim virtutum miracula in-  
 „ itinere, dum ad eam iret, & in eadem  
 „ gente per eundem fiebant; ex quibus  
 „ unum memorie tradere & posteris in-  
 „ timare commodum duximus. Denique  
 „ fratres, qui cum familiariter noverunt,  
 „ & coram quibus paratum est, dicere so-  
 „ lent, & maximè vir reverendissimus  
 „ Uvando, tunc temporis Diaconus &  
 „ cooperator in verbo DEI ejusdem Præ-  
 „ sulis, postea autem presbyter, & succe-  
 „ denti tempore ejusdem monasterii Fon-  
 „ tanellensis Abbas, in quo educatus fue-  
 „ rat. Dum enim navigaremus, inquit,  
 „ in Frisiā, positis nobis in medio mari,  
 „ quod adiacet regioni Morinorum, affuit  
 „ hora, in qua sacrificium Deo victimæ  
 „ salutaris offerendum erat. Tunc positis  
 „ anchoris, navis immobilis permanebat.  
 „ Et celebrante eodem S. Pontifice Missa-  
 „ rum solennia, ventum est ad locum, ubi  
 „ minister patinam Præfuli portigere de-  
 „ buit: extensaque manu expectabat ho-  
 „ ram, quæ susciperet eam. Sed dum mi-  
 „ nister eam abluere vellet, in mare ceci-  
 „ dit;

prostratusque pedibus Sancti Ponti,,  
huniliter veniam precabatur, di-,,  
quia dum eam ablueret voluisse,,  
manibus in mare elapsa profunda,,  
petiisset. Moxque idem vir DEI fle-,,  
ens genua sua ad Patrem Domini nostri,,  
Christi, precabatur ejus clementi-,,  
ut qui quondam coram patribus in,,  
uri rubore fecerat mirabilia, propitius,,  
ad eis precibus; finita vero oratio-,,  
imperat Diacono, ut in eum, in,,  
patina ceciderat locum, mitteret,,  
quo facto, mox ab imo maris ea-,,  
patina divinitus reiecta, ejusdem,,  
manu adhæsit. Quod videntes,,  
caterique navis comites Domi-,,  
cunctipotentem totis viscerum,,  
cordiis collaudaverunt, qui per ser-,,  
suum tale dignatus est operari mira-,,  
clum. Sicque commixtionem corporis,,  
sanguinis Christi idem Sanctus Præsul,,  
nomenque Salvatoris glorificans,,  
sancta Missarum solemnia comple-,,  
it. Hæc Uvando Abbas ad Jonam,,  
khis, quæ ipse vidisset: ex quibus præter,,  
signis miraculi virtutem, intelligis, Le-,,

„Etor, non destitisse sanctos viros in mai  
„etiam, cum tranquillitas esset, religi  
„anchoris navi, celebrari ibi S. S. sacrificiū  
„Missa Deo maximè gratum, quod ipse  
„tanti editione miraculi patefecit. Inquit  
*Cæs. Baron. in Annal. Eccles. Tom. VII. ad  
Ann. 700. p. 808. No. III.* Quem insuam  
& nos hæc adduximus, non ignorantes ali-  
as quædam in hac ipsa historia desiderari  
posse. *Mattb. Paris. ad ann. 1247. H. A. p.  
709.* agens de Cardinale Legato Apostolico  
Sabinensi Episcopo, cui Henricus ab initio  
ingressum in Angliam non permiserat, do-  
nec jurasset in anima sua, quod ob nullum  
Regis vel regni vel ecclesiæ detrimentum  
in Angliam veniret, scribit: *Cum navem a-  
scensurus esset, quam opulentissime commu-  
niverat multo frumento & doliis quamplu-  
rimis vino plenis præelecto, & alius dictuuli-  
bus, jussit cuidam fratri de Ordine predi-  
catorum in ipsa Missam celebrare, quod &  
factum est non sine multorum, qui hoc non  
previderant, admiratione. Habebat nam-  
que in ipsa navi, sicut de Arca Noe legitur,  
diverticula & tristegias, cameras & conclu-  
via, que specialiter propter ipsum artifici-*

liter

uer fuerunt composita. Vide Bedam in S.  
Benedicto Episc. c. 21. Nec tacendus est  
ambrosii locus de obitu fratris sui Satyri,  
perum Tomo IV. p. m. 149. B. ex quo usus  
ucharistiae in naviis quoque patere pot-  
est. Sic autem se habet : *Quid igitur  
servantiam ejus erga DEI cultum prædi-  
xerit. Quipriusquam perfectionibus esset  
initatus mysteriis, in naufragio constitu-  
tu, cum ea, quæ veberetur navis scopuloſo  
lido vado, & urgentibus binc atque inde-  
ribus solveretur, non mortem metuens,  
ane vacuus mysterii exiret è vita, quos i-  
nitiates esse cognoverat, ab his illud divi-  
num illud fideliūm Sacramentum poposcit :  
ut curiosos oculos inferret arcanis, sed  
fidei sua consequeretur auxilium.*

§. 14. Præter consuetudinem autem  
vet Lugo, quod celebratio Missæ in ma-  
re, non sit contra jus naturale, vel divinum  
vel humanum. Dein nec illos autores  
contrarios huic sententiæ putat, qui nega-  
nt euentur, cum respiciant periculum  
fundendi sanguinem & indecentiam :  
vero non datis, prout testimonio nauta-  
mō dantur, sine dubio eam concedent.

Addit tandem rationes, ob quas si fieri posse est, non omittendum judicat hoc negotium. Nimirum ut præceptis gravissimis satisfiat, legis divinæ major observantia sit, otium vitetur, & pericula omnia impedianter.

§.15. Sed satis de his. Antiquitatem hujus Missæ alii multis retrò seculis repetunt, alii ex proximioribus. Jo. Stephanus Duranus l.c.p. 284. putat, Socratem hujus rei jam meminisse, licet id absolute assere, re non audeat, cum non videtur adjiciat. Sic autem Socrates H. E. l.s.c. 22. p. 287. εὐθὺς δὲ ἐν Αλεξανδρείᾳ τῇ πτεροφόρῃ καὶ τῇ λιχου-νῇ ὁ θεόστικός γέραφαι τούτων ὀνόματα, καὶ οἱ διδάσκαλοι ταῦτα ἔρμηνευστο, πάντα πα- συνάγεως γινεται, δίχα τῆς των μυστηριών πλη-θης. Καὶ τόπος ἐδιένειτο ἐν Αλεξανδρείᾳ ὁ θεός αρχαῖος. Præterea Alexandriae, quarta Feria, ēasque dicitur Parasceve, leguntur S. Scripture, easque Doctores interpretantur; ēundam fiunt, quæ ad Collectam pertinent, prout mysteriorum celebrationem. Atque hic mos Alexandrina Ecclesie vetustissimus est. Ex quo loco videtur fundamentum summi posse pro Missa sicca. Verum Socrates illo

lo in loco agit de discrepantia Christianorum circa Festum Paschale, aliorumque  
rum ante Pascha solitorum, tum ratio-  
temporis jejuniorum, tum etiam cibo-  
rum; quibus porro subjicit varietatem  
Collectarum circa hoc tempus. Nam cum  
moes ubique terrarum Ecclesiæ per sin-  
ulas hebdomadas die Sabbathi sacra my-  
steria celebrent, Alexandrini tamen &  
Romani vetustam quandam traditionem  
huius, id facere detrectant. Sed Ægyptii,  
in Alexandrinis vicini sunt, & qui Theba-  
e incolunt, Sabbatho quidem Colle-  
gias celebrant: non tamen sicut mos est  
Christianorum, sacra mysteria percipiunt.  
Itquam enim epulati sunt, & omni cibo-  
genere saturati, sub vesperam oblati-  
ne facta communicant. His tandem ad-  
huc locum supra citatum, ex quo Missa sic-  
ca, prout in Ecclesia Romana moris fuit,  
nullo modo stabiliri potest. Nam quod  
factum, tantum Feria quarta & ea quæ  
sunt Parasceve actum fuit: Missa autem  
non tantum his, sed aliis quoque die-  
bus fieri poterat, ceu supra patuit. Deinde  
autem in Ecclesia Alexandrina, aliter in  
Ro-

Romana obtinuit, in qua referente Strabone die Parasceves mysteria peragi solent. Tandem in Ecclesia Alexandrina illo tempore Doctores sacras Scripturas interpretabantur, quod in Missa sicca observatum non esse scimus. Addo & illud, aliorumque judiciis submitto, annon vox curāξις pro cœtu & congregatione h. l. sumi possit. Ut enim συνάγειν est cogere cœtum, ita σύναξις propriè congregationem dicit. Adeò ut σύναξις esse potuerit aliquando sine celebratione mysteriorum: at celebratio mysteriorum nō sine σύναξη. Si hoc concedatur, tunc sensus hujus loci erit, hac die in Ecclesia Alexandrina conciones saltim fuisse habitas, Eucharistiam autem non fuisse celebratam. Evolve etiam Sicerum in voce Synaxis p. m. iiiio. seq. Velsi quis ex voce collecte, quæ σύναξη respondet, colligere velit, omnino missam esse intelligendam, ille iterum non habebit consentientes Pontificios. Hi enim ipsi fatentur collectam cum missa non reciprocare, sed cum Walafrido Strabone c. 21. collectas nuncupari dicunt, quia necessaria orationum petitiones compendiosa bredis-

u colligimus seu concludimus. Vel, ut *Miologus c. 3. de Ecclesiasticis observationibus*: *Sacerdos, qui legatione fungitur pro populo ad Dominum, omnium petitiones in rationibus colligit, atque concludit.* Itaque alecta est tantum oratio, concludit *P. Jo. Lud. de Lacerda adv. S.c. XLII p. 44.* Si ergo hoc, tunc sensus hujus loci esse posset, hac sic in Ecclesia Alexandrina conciones fulide habitas, nec non preces pro communione populi salute fusas, Eucharistiam autem non esse celebratam; cum πλειῇ τῶν μυσηγίων non denotet unum actum Eucharistiae, nem dicimus consecrationem, sed complexum variorum actuum, ceu ex supra citato Justini Martyris loco patet, ubi precatio-nes post SS. scripturarum interpretationem peractae opponuntur precibus, quas depositus, quantum pro virili sua potest, in gratiarum actione fundit. Cum ergo nihil firmi ex loco Socratis pro hac Missa allegi possit, placet mihi sententia *B. Junnitii in Exam. C. T. P. secundap. m. 11 seq. de Origine Missarum privat.* Sci-er principio fervente populi devotione, et persecutionum procellis magis in-

flam-

flammabatur, quotidie cœtus ecclesiasticus conveniebat ad celebrationem & communicationem coenæ Dominicae. Postea refrigerante populi ardore, generalis populi conventus propter secularium occupationes, non potuit nisi Dominicis festis & solennioribus diebus celebrari. Ibi vero Clerici & Religiosi quotidiè tamen frequentabant sacra officia, & inter se retinebant quotidianam communionem, quam privatam Missam postea dicebant. Cum vero & illa quotidiana clericorum & religiosorum communio non amplius frequentaretur, sacerdotes nihilominus quotidie pro more veteri aras instruebant. Ibi tunc, alicubi, quando nō aderant communicantes, preces, lectiones & ceteri ritus ad synaxin pertinentes, exceptâ consecratione & communicatione celebrabantur. Et hæc missa dicebatur sicca. Ad quam periodum B. Chemnitius locum Socratis quidem refert, non q.s. in eo missam siccam in totum fundatam fuisse putaverit, sed quod simile saltem aliquid fuerit, ob omnissimam communicationem coenæ Dominicae licet ex diversa ratione scopoque diverso.

Cœte-

Cæterum ab hac Chemnitii opinione non  
vide videtur ipse Cardinalis Bona in lo-  
co supra citato p. 21. ita scribens : *Missa*  
*sua ab indiscreta & privata quorundam*  
*evotione duxit originem, cui nimium in-*  
*telgentes fuerunt sacerdotes.*

§. 16. Quo autem præcisè seculo, aut  
seculi decade ortum habuerit, determina-  
tione non poterit. Existimant tamen  
Wilhelmus Estius orat. 13. Theol. & Laur.  
Untmetter libr. 2. de vet. Clerico & Mo-  
nacho c. 84. paulò ante Quidonem de mon-  
Rocherii cœpisse, à quo laudatur & ap-  
probatur tract. 4. cap. 7. Manipuli Curato-  
rum, quem scripsit Anno 1333. Sed rectè,  
monente Bona, errant, quia ut vidimus,  
in usu erat vivente Sancto Ludovico  
lege, qui obiit anno 1270. eamque de-  
libit Durandus, qui eodem tempore  
floruit, & Petrus Cantor, qui floruit an. 1200.  
Iusdem meminit in verbo abbreviato c.  
v. ubi ait, Missam siccâm esse sine gratia  
& humore confectionis Eucharistia, & ni-  
hil fidelibus prodesse. Verum adhuc al-  
bus ascendendum puto, nimirum ad secu-  
lum octavum & nonum, in quæ initium  
missa.

wissarum solitariarū ( monente B. Calixto  
in dissert. de missis solitariis §.12.) probabi-  
liter conjici potest: nam ex capite. Caroli  
M. c. 6. editionis Baluzii T. 1. D. 215. Et caput  
l. 1. c. 6. p. 705. constat, Presbyteris prohi-  
bitum fuisse ejusmodi missas celebrare  
absque communicatione. Titulus capituli  
est: de presbyteris missas cantantibus &  
nō communicantibus. Auditum est aliques  
Presbyteros missam celebrare & non com-  
municare, quod omnino in canonibus Apo-  
stolorum interdictum esse legitur. Vel quo-  
modo dicere recte potest, si non communica-  
verit, sumpsimus Domine sacramenta! Hu-  
vero per singula capitula in statutis Niceni  
concilii legere potestis, seu & in aliis san-  
ctorum patrum synodalibus edictis. Canon  
autem Apostolorum 9. ad quem capitu-  
lum hoc provocavit, sic se habet: Si quis  
Episcopus aut Presbyter aut Diaconus vel  
quilibet ex sacerdotali catalago facta obli-  
tione non communicaverit, aut causam di-  
cat, ut si rationalis fuerit, veniam consequar-  
tur, aut si non dixerit, communione pridi-  
etur, tanquam qui populo causa lesionis exti-  
terit, dans suspicionem de eo qui sacrificatus,

quid

quod non recte obtulerit. Licet autem non hic & ipsum capitulum totius officii recitationem improbare videantur, non tantum; tamen ex supra dictis & sub fine addendis patebit, verba canonis & capituli respicere posse preces, post communionem in missa sicca addi solitas. An au-<sup>m</sup> præcise vel seculo octavo vel septimo, vel quovis priore cœperit, demonstratu scilicet manebit.

§17. Si ergo ponamus seculo octavo vel uno missas illas siccas cœpisse, & decimo anno, imo adhuc quinto decimo in more siccæ, tunc per decursum quinque secundum duraverunt. Licet enim ex antea loco capitulo Caroli M. constet, prohibitum fuisse presbyteris eas celebra- & in diversis Conciliis idem repetitum erit, ut in Concil. Parisiensi Anno 1212. n. cuius lema est, de sacerdotibus, qui parum multitudine onerati, conductitios sacerdotes habent, vel siccas Missas faciunt: propter quæ ipsos oportet conductiti- habere sacerdotes, vel alia eis vendere vienda. Nec, ut à predictis se exonerent, Missas faciant pro defunctis, sed eademunctione prohibemus &c. Vid. Concil.

Sarisber. an. 1217. c. 38. Tamen, ut totum negotium Missæ quæstuosum est, ita sacerdotes plerique avaritiæ dediti difficulter ab omissione illius retrahi potuerunt. Concilium Tridentinum nullam hujus rei mentionem facit, multò minus in eo fuit, ut abusus hi tollerentur. Prudentiores tamen Ecclesiarum gubernatores, postquam per Reformationem plura observaverant, sensim atque sensim eam abrogarunt. Hinc Cardinalis Bonaloc. cit. scribit: *Nunc provida Episcoporum cura ubique gentium, ut puto, oblitterata, & abrogata est.*

§. 18. Et profecto quoties primæ reformationis tempora repeto, quoties quosdam Episcopos, concionatores aliosq; in Germania & præcipue in aula Cæsarea ecclesiasticos viros, quibus salus gregis curæ cordique fuit, cogito, quoties penitus mihi persuasum habeo, si penes illos stetisset, aliam plane Ecclesiæ Romanae faciem nobis reliquissent. Quæ quæso fuerunt Ferdinandi Cæs. consilia, sine dubio à prudentibus Ecclesiasticis viris data, tempore Concilii Tridentini? Cuncta aliter non duntaxat optabat, sed & volebat, urgebat-

que.

que. Neinō nos de hac Cæsarīs mente  
antiores reddere poterit, quam epistola,  
iſua Maj. ad Pontificem scripta, cuius te-  
x̄or habetur apud Petrum Svat̄em Hist. C.  
I. lib. VII. p. 766. & ipsi Cæs. Maj. arti-  
culis de reformatione Ecclesiæ, per orato-  
rii in Concilio Tridentino propositi, apud  
boldast. Const. Imper. Tom. II. p. 375. seq.  
Ex parte decretum Ferdinandi de com-  
munione sub utraque in provinciis Austric̄  
. XIV. Junii M D LXIV. Cui non possum  
non addere Matthiæ Cithardi conciona-  
ris Cæsarei epistolam manuscriptam, ad  
litterendissimum olim Episcopum Julium  
agium superiori seculo exaratam; quam  
argente & meritis Illustris atque Gene-  
sis Dn. Bernhardus Pflug Aulæ Cicensis  
Breschallus, una cum aliis Julianis pro-  
mœdendis ex Musæo suo gratiose mihi  
communicavit, & publici juris eam facere  
misit. Sic autem se habet:

**O**bseruantiam meam perpetuam  
cum omni reverentia & subjectione.

**N**od parcius ad Celitudinem tuam  
nunc scribam Reverendissime, illu-  
rismeque princeps, non tam frequentia  
minorū meorum, quam Decani tui can-  
dor

dor eximus facit: quem multis nominibus  
mihi harum officio literarum apud eam  
Cellitudinem Tuam & fideliter & co-  
piose functurum, pro suo erga me studi-  
meaque in illum fide, certissime mihi  
persvadeo. Cæsarea Majestas, cum mihi  
per ex Cardinali Lotharingo, aliisque quibusdam  
magni nominis viris, Sacri Concilii  
Tridentini negotia non eodem ordine ut  
modo procedere intelligeret, qui nobis  
liisque pii & catholicis Regibus ac princi-  
cipibus spem certam optati exitus propon-  
ret, pro eo, quo ardet zelo ac studio tra-  
ventissimo, promovendi ea, quæ ad Dei  
gloriam propagandam ac pristinam Ecclesiam  
Catholicæ unitatem ac tranquillitatem  
pertinere videtur, ad sanctissimum Domi-  
num nostrum privatim, ad Concilii rebus  
legatos & patres conjanctim prolixus bre-  
ras dedit, quibus pro munere advocari  
premi Ecclesiæ DEI, cum omni reverentia  
& modestia ea proponit, quibus violentia  
horum temporum ac incommodis duabus  
partim presentibus, partim immocondâ  
obviam iri posse, prudenter existimat.  
get autem sua Majestas inter reliquos re-  
quentes articulos. I. Ut tam abrupte &  
intem-

tempestiva Concilii dissolutio , quam  
videm colore quounque quæ sita su-  
pensio, modis omnibus caveatur , quod a-  
iqui nulla ejus semel aut dissoluti aut su-  
pensi, redintegrandi , revocandi que hoc  
volcerato tempore spes sit futura reliqua.  
Ut concilio sua antiqua relinquatur li-  
ttas, adeò ut non solum legatis Pontifi-  
ci, verum etiam Cæsar is , aliorumque  
legum ac principum catholicorum orato-  
riis integrum sit, ea quæ necessaria sunt,  
coluarum provinciarum salute ac cōser-  
vione in Concilio proponere. Ejus postu-  
lata causam præbuit decretum nuper edi-  
tum in Concilio, ut nemo, præter solos le-  
gatos, proponeret. Vafre quidem , ut  
depositum reformationis , quam Cæsar  
iisque urgente , evertant & excutiant , uti  
vidam judicant. 3. Ut patribus ac theolo-  
gin Concilio libera permittatur nō mo-  
ndicendi, sed etiam decernendi facultas,  
eposthæc in rebus Concilii ( ut vocant )  
Ecumenici , quo universalis Ecclesia re-  
presentatur, necesse sit semper, ut fit , Ro-  
um quasi ad secundarium Concilium re-  
rrere, & ex eodem primarii regulam &  
rectionem petere. 4. Ut acriter refor-  
C 3 matio-

mationis negotium tam in capite quam  
in membris instituatur. De Conclavi  
Romano, Electione Pontificis, Cardina-  
lium, Episcoporum ac prælatorum majo-  
rum incipiendo. Kem de beneficiis  
ac residentia. Quarum rerum ne-  
glectus tempestates has & procellas hor-  
tendas in ecclesiam Dei invexit. 5. Ad  
monet Pontificem & obsecrat per omnia  
Sacra, perque ejus benignitatem, qui no-  
stras calamitates, cum in forma DEI esset,  
ad formam servi, mortemque crucis pro  
reducenda ove perdita se demisit, ut ad  
Concilium venire non detrectet, promit  
titque eandem suam Majestatem Tri-  
dentum venturam, & causam laborantis  
ecclesiæ publicam viribus, opibus ac san-  
guine suo promoturam. 6. Coarctatio pe-  
titur licentiæ dispensationum, aut potius  
dispensationis licentiarum. 7. Ut calicis  
usus ex consensu & autoritate Ecclesiasti-  
ca, pro conservandis exiguis Catholicae no-  
stræ religionis reliquiis, concedatur, fiatq;  
provisio & dispositio pro temporum ho-  
rum iniuitate super conjugio sacerdo-  
tum. 8. Ut pro administratione factorum,  
aliisque rebus ecclesiasticis nihil penitus

sigatur. 9. Ut officiis omnibus recte  
ospiciatur, habeturque in promotio-  
ne ad dignitates, ætatis, qualitatis, virtu-  
um, ac meritorum præcipua ratio. 10. Ut  
skindatur proflus simonia, exemptiones-  
se secularium & regularium, quatenus  
expedit, tollantur. 11. Ut scholæ piæ cum  
applicatione partis reddituum monaste-  
rorum & ecclesiarum ditiorum institu-  
tur. 12. Ne sententia excommunicati-  
onis pro levibus causis feratur, sed ad ve-  
rum usum applicetur. 13. Ut confici-  
tur summa doctrinæ christianæ, cum  
postilla, catechismo, explicatione cere-  
moniarum; simulque indicentur, qui li-  
bi amplectendi, qui fugiendi. 14. De  
pollendis Commendis, regressibus ac o-  
mnibus istis scandalosis practicis. 15. Ut  
istis temporibus Synodi & Concilia pro-  
vincialia celebrentur. Postremo, ut cano-  
nes de vita & honestate Clericorum re-  
noventur, & executioni mandentur. Ma-  
gna Cæsar is pietas & singularis prudentia  
uidet, non alia meliori fortiorique ratione  
bonos in officio contineri, malos verò re-  
duci posse, quam si sordibus istis crassissi-  
mis è domo DEI expurgatis, singuli offi-

cio suo fungentes, primum Deum, postea populi aversos animos conciliemus. Expectamus responsum sanctissimorum, quod Deus felix largiatur. Mantuanum Cardinalem & Gvvisium ducem rebus publ. ante tempus exemptos gravissime lugemus omnes. Deus ruinis Ecclesie suæ ex alto prospiciat, hasque tempestates componat. Ecclesiæ pastor summus Christus Jesus Celsitudinem Tuam rebus publicis quam diutissimè servet incolument, cui me quam humillime commendando, futurus ejusdem & amantissimus & observantissimus semper. Utinam ad horulam unam colloquio Tuo doctissimo frui liceret. Datum quoque citissime & tumultuarie Oeniponti Dominica Oculi post concionem sacram An. 1563.

Reverendissimo in Christo patri  
ac Domino D. Julio Pflugio Epi-  
scopo Naumburgens. Domino ac  
Patrono meo benignissimo.

*Celsitudinis Tue*

*observantissimus*

**Matthias Cithardus, Concionator**  
Cæsareus; quem etiam Maximilianus Imp.  
pro Ecclesiaste ascivit, ceu ex epistola Ms.  
Ant. ArchiEp Pragensis ad Pflugium de 19.  
Aug. 1564. video.

Sed

Sed quo me rapit dulcis memoria plerioris reformationis, quam viri cordati & intenderunt, sed non obtinuerunt!

§. 19. Redeo ad missam siccam, quam tant nonnulli adhuc quotannis semel, tempe die Parasceves ante Pascha celebrant & cum missa præsanctificatorum coincidere. Verum hi retum Liturgiarum primum gnari sunt. Missa enim præsanctificatorum, cui locus fuit tempore Quadragesimæ, secundum Can. Laodic. XLIX. exceptis Sabbatis & Dominicis, erat communio sine consecratione, hinc imperficienda, sed tamen ex symbolis ante consecratis, eademque in utraque specie administrata, communicante cum Clericis libebe. Vid. Spanb. T. I. H. E. p. 382. Et secundum Leon. Allat. de Missa præsanctificatorum apud Gracos, Differt. Prolegom. p. 40. In sicca, neque panis offertur, neque oblatus absumitur: in præsanctificatorum però, licet non offeratur, absumitur tamē; in ipsa dissertatione, quæ libris de Ecclesioccidentalis atque orientalis perpetua consensione subjecta est. p. m. 1566. seq. Inf. Bonal. c.

§. 20. Tandem totum hoc negotium  
C 5 adver-

adversatur formulæ à Christo positæ. Nam  
 in eâ expressum est mandatum, ut edamus  
 & bibamus, non ut sine his actionibus rem  
 peragamus. Adversatur praxi Apostolo-  
 rum, qui hæc talia planè ignorarunt. Ad-  
 versatur constanti primitivæ Ecclesiæ mo-  
 ri, à quo omne illud alienum est, quod ni-  
 mia illa ceremoniarum multitudine la-  
 borat. Adeò, ut ipsi Pontificii fateri ne-  
 cessum habeant, primis sex vel septem se-  
 culis missam hanc in usu non fuisse, sed ab  
 indiscreta & privata quorundam sacerdo-  
 tum devotione originem duxisse. Solet  
 enim hodienum fieri, quod Socrates loco  
 supra citato p. m. 288. de diversitate cere-  
 moniarum circa festum Paschatos notavit:  
 αὐτοις γάρ, ὡς πρύταναι, τῆς ποιευτῆς Διοφονίας  
 οἱ καλέσαντες τὸν Εὐκλησιῶν πρεσβύτερον. Οἱ  
 δὲ ταῦτα ωδὴ λαθόντες, ὡς νόμοι τοῖς θηριο-  
 μένοις παρεπιμψαν. Hujus discrepantie,  
 ut equidem opinor, autores fuerunt Episco-  
 pi, qui Ecclesiis suo quisque tempore prafue-  
 runt. Qui autem hujusmodi ritus ab illis  
 acceperant, eos velut legem quandam ad po-  
 steros transmiserunt. Si vero quis cogi-  
 taret, rem tamen non stetisse intra privatas  
 sacerdotum curas, sed in publicum pro-  
 diisse,

disse, hoc ipso, dum in ipsis, vulgo sic dictis missalibus seu sacerdotalibus, tanquam legitima fuit præscripta & approbata, præcipue in libro sacerdotali, quem supra Leonem X. probasse dixerunt. Verū hic ipse liber i Pontificiis doctoribus, iisque eruditioribus, hodienum non probatur. Audiamus Joannem de Lugo l. c. p. 534. Primo de illa approbatione Leonis non constat, nec de autoritate illius sacerdotalis, de quo solum Narrus dicit: Liber sacerdotalis à Leone X. (ut ajunt) probatus &c. Cæterù in libro sacerdotali, quem in nostra biblioteca habemus, non invenitur illa Leonis approbatio, solum dicitur in fronte libri, fuisse multis annis approbatum auctoritate Pontificiæ. Postea vero cum iterum impressus sit Venetiis an. 1568. dempta fuerunt verba prædicta de approbatione summorum Pontificiæ. Secundò, quia illa approbatio Leonis, si quæ fuit, non videtur sonare plus quam licentiam, non vero præceptum auctoritatem. Tertio, quia aliqua ibi continentur in ordine dicendi missam sacram, quæ correctione indigerent; quale est, quod dantur orationes post communionem, utramque, cum mentionem ut plurimum faci-

faciant sacramenti percepti , non pos-  
sunt dici , quando consecratio aut summo  
non præcessit. Accedunt alii doctores  
Pontificiorum , qui totum hoc negotium  
missæ siccæ pro ludibrio habent. Nam  
missa sicca est , ut tradit Eccius in annotat.  
*ad librum, oblatum Cæsari, art. XXI.* missæ  
simulatio , sacerdote agente , quæ sunt ce-  
lebrantis , cum introitu , collecta , epistola ,  
evangelio & canticis ; tamen quia non  
vult communicare , non consecrat : ac  
proinde verè missa sicca est , sine corpore &  
sangvine Domini. Larva est & simulatio  
quædam veræ missæ , sicca procul dubio &  
jejuna , utpote carens non solum consecra-  
tione , sed etiam sumptuose corporis Chri-  
sti , similis cœnæ lignæ , & lapideæ , quam  
Lampridius & alii referunt sæpè convivis  
suis Heliogabalum exhibuisse. Bona l. cit.  
Cùm ergo ipsi Pontificii nullitatem hujus  
rei sensim atq; sensim observarunt , contra  
Episcopū Meldensem , qui dixerat eam nō  
esse veram Ecclesiam , quæ quippiam mutat ,  
*Mr. Basnage Histoire de la Religion des Eglises*  
*reformes T. II. chap. X. p. 567.* inter varia , quæ  
fidem disciplinamque concernunt , & hoc  
momentum non sine ratione urget .

Tantum !

DIS.

6(45.19)

## DISSERTATIO SECUNDA

De

# MULIERE IN ECCLESIA.

### §. I.

Eruditis quondam placuit, fata literarum à serie metallorum signare nunc aurea, nunc argentea. Et cum hoc sculo plane nova rerum facies se nobis sisca, literæ renascantur, deperdita quoque compensentur, dubitatum inter illos fuit, in absoluto metallorum circulo denuo ab auro inciperent, aut à gemmis felicitatem nostram dicerent gemmeam. Quid igitur vetat, re servata, sub alio schemate ex historia literaria eruditionis tempora à sexu denominare nunc virilia, nunc fœminea & ex his mixta. Observabis enim interdum solis viris studia fuisse curæ, mox mutato quod habitu ad fœminas transisse, vel unum communia habuisse. Quot hodie, ut antiqua taceam, prostant dissertationes

&

& orationes de fœminis eruditis, cum &  
nuper Menagii Historia Mulierum Philo-  
sopharum lucem viderit. Non quidem  
exclusas volo mulieres ab omni studio, sed  
an ed multæ pervenerint, ut docere &  
scholas regere potuerint, quod nonnullas  
fecisse legimus, non immerito dubita-  
mus. Accidere enim solet in hoc homi-  
num genere, quod Seneca decœli porten-  
tis narrat: Quæst. Nat. Lib. VII. c. i. Ita  
enim, inquit, compositi sumus, ut nos quot-  
diana, etiam si admiratione digna sun-  
tem scant: contra minimarum quoque rerum,  
si insolite prodierunt, spectaculum dulce-  
fiat. Accedit & illud peculiare, affectus  
nostros erga hunc sexum non immerito  
comparati microscopiis, quæ res subjectas  
proportione non decupla saltim sed mille-  
cupla augent. Quapropter penitus per-  
sulasum mihi habeo, quemadmodum inter  
Deas una Minerva fuit, sic omnes in Phi-  
losophia solide eruditas fœminas cum bo-  
nis Principibus anulo inscribi posse. Hoc  
cum certum sit, adhuc minus felices eas  
fore credo in rebus sacris atque divinis.  
Hinc in Philosophia non duntaxat ut di-  
scant

ant admittuntur, sed & ut cathedras e-  
gant, si studia perficere illis contigerit.  
Ecclesia contra ne quidem ut interro-  
gent permititur, multo minus ut doce-  
at, aliaque solis ministris concessa officia  
scipiant. Adeo id displicuit Dæmoni  
monis boni ordinis osori, ut nunquam  
non per sua organa contra iret. Placuit  
hac ipsa dissertatione *de Muliere in Ec-  
clesia* ea lege ostendere, ut molimina fæmi-  
num enarrentur, ea ex certis rationibus  
testabilia reddantur, & certi fæmineo-  
injurium limites ponantur.

§. 2. Optime Epiphanius ber. 59. f.  
Tom. 2. lib. III. p. 1058. seqq. observavit,  
nunquam ex quo mundus conditus est,  
acerdotio (i. e. ordinario verbi & Sacra-  
mentorum ministerio) esse fundam mu-  
nirem, ac ne Eram quidem ipsam, quæ  
meti gravissimum delictum commise-  
tam impium facinus perpetrare nun-  
quam ausa est, sed nec ullam filiarum illius,  
si mulieribus tale quid liceret, nulli  
opus quam Mariæ, illud in N. Test. com-  
mitti debuisset; verum longe DEO aliter  
de visum, ac ne baptisandi quidem esse  
potesta-

potestatem illi factam: cum alioqui tingi ab illa Christus potius, quam a Johanne potuisset. Christo autem ad cœlos cælorum enecto, Apostoli toto terrarum orbe sacram evangelii & mysteriorum functionem administrarunt, à quibus postea Episcoporum ac Presbyterorum successiones in domo DEI constitutæ fuerunt. Nec inter illos tamen mulier ulla cooptata legitur.

§. 3. Erant quidem, ut scriptura narrat, Philippo filiæ quatuor prophetissæ, non tamen sacerdotes. Similiter & Anna prophetissa fuit Phanuelis filia, non tamen sacerdotio prædicta. Quippe impleri istud oportebat, quod est scriptum Joel. 2. 28. *Prophetabunt filii vestri, & filia vestre somnia somniabunt, & adolescentes vestri visiones videbunt.* Adducitur quidem exemplum Teclæ mulieris, Paulo conjunctissimæ, quod prædicaverit & baptizaverit; prout tempore Tertulliani procaces mulieres ad illud videntur provocasse. Sed Acta illa Pauli & Teclæ, ex quibus hæc proferuntur, supposititia sunt, ut Tertullianus jam dudum notavit Libr. de Bapti-

apostolo c. XVII. p. m. 280. Quod si quae mulier perperam scripta legunt, exemplum, id est ad licentiam mulierum docendi tingerique defendunt: sciant in Asia Presbytum, qui eam scripturam constrinxit quod si. Iulo Pauli de suo cumulans, convictum, que confessum id se amore Pauli fecisse, ro decesse. Quam enim fidei proximum ideretur, ut is docendi & ringendi daret minima potestatem, qui ne discere quidem, noster mulieri permisit. Tacenit, inquit, & domi consulane maritos. Et Eusebius lib. 3. H. E. c 3. ubi de scriptis S. Pauli genit, haec habet: Illa quae ejus acta vocantur, in scripturarum numero, de quibus illa est omnino dubitatio, babita esse, non videm accepi. Et Hieronymus in catalogo script. ecclesiast. in Luca p. m. 122. scribit: Iudas Pauli & Thecla & totam baptizatam fabulam inter apocryphas scripturas imputamus. Quale enim est, ut individualis comes Apostoli, inter ceteras ejus res, usq; solum ignoraverit? Sed & Tertullianus manus eorum temporum, refert presbyterum quendam in Asia certus apostoli Pauli convictum apud Joannem, quod autbor

D

esset

effet libri, & confessum se hoc Pauli amore fecisse, & ob id excidisse: Gelasius Papa in decreto, quod relatum est in decretum Gratiani dist. XV. c. 3. ita habet: *Liber, qui appellatur, Actus Tecla & Pauli Apostoli, apocrybus.* Videatur ex recentioribus L. Ellies du Pin. nouvelle biblioth. des auteurs ecclesiastiques Tom. prem. pag. 4. & precipue R. P. F. Natalis Alexander in H. E. sec. I. c. XI. art. 2. p. 87. seqq.

§. 4. Licet autem tale quid primis temporibus non fuit admissum, tamen officium diaconissarum ad ecclesiasticum ordinem necessarium judicabatur: non quidem ad sacerdotii functionem, aut ullam ejusmodi administrationem; sed ut muliebris sexus honestati consulatur: sive ut Baptismi tempore adsit: h. e. ut inspiciat, si quid passa sit aut molestiae pertulerit; sive ut, cum nudandum erat mulieris corpus, interveniat: ne virorum, qui sacris operantur, aspectui sit exposita, sed à sola diaconissa videatur; quæ sacerdotis mandato mulieris curam gerit, quo tempore vestibus exuitur Quia in re cum ordinis illius modestiæ, cum ecclesiastice disciplinæ

pru-

rudenter admodum ex canonis præscri-  
to ac regula consultum. Erant autem  
viduæ, & inter illas, quæ anus essent, pres-  
byteridæ vocatæ, nunquam presbyteridæ  
ut sacerdotissæ factæ. Cum illis tem-  
poribus ne diaconis quidem, ullum in ec-  
clesiastico ordine sacramentum perficere  
inceditur, sed hoc duntaxat, ut corum,  
quæ perficiuntur, ministri sint. Vid. Epi-  
anius loco supra citato.

§. 5. *Presbyterarum quidem atque Episcoporum apud auctores ecclesiasticos non frequens mentio fit, sed per eas intelliguntur presbyterorum & Episcoporum aiores, quemadmodum id de diaconissis subdiaconissis idem interdum observare vel etiam viduæ, seniores &c. Sic in Sacilio Turonensi II. c. 14. statutum legitur: Episcopum episcopam (h. e. coniugem, uti patet ex can. præced.) non habet nullus sequatur turba mulierum &c. can. 20. Si inventus fuerit presbyter sua presbytera, aut diaconus cum sua coniessa, aut subdiaconus cum sua subdiaconissa, annum integrum excommunicabatur. Ita & in Concilio Antisiodorensi*

dorensi c. 21. Non licet presbytero in uno lecto post acceptam benedictionem cum presbytera sua dormire , nec in peccato carnali misceri nec diacono, nec subdiacono. Taliter etiam accipitur presbytera apud Gratianum c. 10. dist. 32. ex Gregorii dialogo lib.

4. c. 2. Presbyter quidem sibi commissam regebat ecclesiam cum magno timore Domini, qui ex tempore accepti ordinis presbyteram suam ut sororem diligens , sed quasi hostem carentes , ad se propius accedere non sinebat, eamque sibi appropinquare nulla occasione permittens, ab ea sibi communionem funditus familiaritatis abscedit. & can. seq. Mulieres , que apud Grecos presbytera appellantur apud nos viduae, seniores , univira & matriculariae appellantur, in ecclesia tanquam ordinatas constitui non debere Conf. J.L de la Cerdia Adv.S.c.1 §1.n.5.p.368.Nec obstat, quod in Concilio Carthaginensi IV. dicatur: *Viduae vel sanctimoniales, que ad ministerium baptizandarum mulierum eleguntur, tam instructae sint ad officium, ut possint apto & sano sermone docere imprimitas & rusticas mulieres tempore, quo baptisanda sunt, qualiter baptizatori interrogatae respondeant, & qualiter acceptabat prismate*

tilmate vivante. Nā quicquid hoc munus fuit, non publicū sed privatum erat, ceu a Hieronymo in Epist. ad Rom. 16. patet: *Sicut etiam nunc in orientalibus diaconissae mulieres in suo sexu ministrare videntur ab baptismo & ministerio verbi: quia prius docuisse foeminas invenimus, sicut hiscillam, cuius vir Aquila vocabatur.*

§ 6 Verum Joanne, Apostolorum compilio, adhuc inter vivos versante, facies haec jam mutata fuit. Christus enim regnauit Episcopum Thyatirensem, quod remiserit mulierem Jesabel, (nomine tam si literam respicias,) quæ se dicebat prophetissam, docere & seducere servos in barina Nicolaitarum impurissima. Vid: da Sylveira Olyssipponensis comment. in apocal. 2. 20. num. 440. & ab eo citati. Scilicet quemadmodum Apostoli piarum mulierum opera usi sunt inter alia ad mulierum infidelium contubernia privatim audienda, semora omni turpitudinis suspicione; sic & pseudo-doctores utrumque corrumpebant impudicarum mulierum ministerio. Nota est Helena, sive rōut ab aliis appellatur Selene, quam Si-

mon Magus circumduxit, ἦν ὑπ' αὐτοῦ  
νοιαν περὶ τὴν γένεσιν, principem ab illo no-  
tionem & intelligentiam factam esse dixit,  
& aliquando, cum multitudo ingens ad e-  
am videndam convenerat, & undique cir-  
ca turrim stabat, illam per omnes fenestras  
turris illius omni populo procumbere ac  
prospicere uno momento fecit. Vid. Ju-  
stinus Martyr, apolog. II. pro Christian p.m.  
69. Irenaeus adversus bar. lib. I. c. 20. p.m. 115.  
seq. Euseb. H. E. lib. 2. c. 13. p.m. 50. Clemens  
Recognit. I. 2. p. 27. seq. & alii. Quid non  
Marcus, a quo Marcosiorum secta pullula-  
vit? Hic pocula vino temperata, gratia-  
rum actione simulans & solennem preca-  
tionis formulam longiorem adhibens pra-  
terea mulieribus temperata illa vase por-  
rigens, coram se benedicere jubet. Irenaeus  
I. c. I. c. 9. p. 69. seq. Epiphanius. advers. be-  
ref. I. I. Tom. III. bar. XIV. sive XXXIV. p.  
m. 233. Dionysius Petavius vertit = ιν-  
χαρισμόν per gratias agere & benedicere,  
Billius in scholiis ad Irenaeum per confe-  
crale; quod Fronto Dutæus contextum  
græcum exigere, Fevardentius autem ex  
historia hujus sectæ & imitatione Pepuzi-  
norum,

norum, deducere vult. Carpocrates suam habuit Marcellinam, quæ Aniceti tempore Romam veniens, & Carpocratianæ doctrinæ virus evomens, multos illic errore suo depravatos in exitium impulit,  
*Epiphan. l. c. lib. 1. Tom. II. ber. XXVII. p. m. 108. Irenæus l. c. l. 1. p. 24 p. 122.* Montanus  
 Piscillam & Maximillam prophetissas sub agnovit. *Euseb H. E. lib. 5. c. 14. p. m. 178.* Prolixius de his agit *Epiphanius ber. XVIII. vel XLVIII. p. m. 402. seqq.* Maximillam nescio quam nobis obtruditis: quippe vel ipsa nomina vestra à communi usu remota sunt, & ad terrorem composita; neque mite quicquam illis inest, aut jucundum: sed barbarum & agreste p. 413. Hæc prædicabat: Post me nulla amplius erit prophetissa: sed finis sequetur p. 403. Dominus me misit, laboris hujus, ac professio-  
 nis & fæderis velut sectæ Antistitem, enarratorem & interpretem; & quidem ad per-  
 viendam Dei notitiam, vellem, nollem, mani quadam necessitate compulsum p. 415.  
 Ubi Epiphanius hæc & alia ab illa prolatæ pluribus examinat. In beresi *XLIX. p. 417.*  
*sq. idem* autor mentionem facit Quintili-

anorum à Quintilia, Priscillianorum à Priscilla, Pepuzianorum à civitate Pepuza dotorum. Hi dicunt harum alteram Pepuza aliquando somno correptam. Tum ad eam descendisse Christū, ac simul cum ipsa ejusmodi habitu dormīsse, ut vana muliercula jactabat. *Muliebri*, inquit, *specie ac ueste splendida* venit ad me *Christus*, mihiq; sapientiam indidit, atque hunc locum sanctum esse significavit, in eumque sanctam Hierusalem delabi. Ob id nonnullæ ad hodiernum usque tempus mulieres ac viri eodem initiari cultu solent, ut ibidem excubantes Christum contemplentur. Singularem Evæ gratiam tribuunt, quod prima de scientiæ fructu comedens. Sororem vero Moysis Prophetissam iactant; cuius exemplo suo illi cooptandarum in Clerum mulierum instituto suffragantur. Quin & quatuor, inquiunt, Philippus Prophetissas filias habuit. Apud eosdem mulieres Episcopi sunt & Presbyteri, & ad ceteros gradus alleguntur, nullum ut sexus discriminem servetur. Nam in Christo Iesu neque mas est, neque femina. Et hæc. Ll. p. m. 455. seq. putat Joannem in

in Apocalypseos c. 2, 20. respexisse ad hæc  
ipsa Priscillæ & Maximillæ tempora, seq. in  
modum scribens: Num illud videri tan-  
tum potestis, de mulieribus eum logni, que  
falsa prophetici spiritus persuasione deceptæ,  
quam plurimos deceperunt: hoc est de Pri-  
cilla, Maximilla ac Quintilla, quarum fraus  
ltere Spiritum Sanctum minime potuit, sed  
ut B. Joannis os fore ista predixit, que post  
quis obitum acciderunt? Augustinus qq.  
lib. de hæres. ad Quod vult Deum p. 4. lit.  
I sub nomine Pepuzianorum similia de  
illis refert: tantum mulieribus principa-  
tum dant, ut sacerdotio quoque apud eos  
morentur. Dicunt enim Quintilla & Pri-  
cille in eadem civitate Pepuza Christum  
facie fæmina revelatum.

§.7. Sed redeamus ad ipsa Montani-  
brum tempora. Questus est de hoc ho-  
minum genere Tertullianus de Baptismo  
(quem librum ante lapsum scripsit) c. 17.  
p. 280. Petulantia autem mulierum,  
ne usurparit docere, utique non etiam tin-  
nidijus sibi pariet, nisi si que nova bestia  
venerit similis pristine: ut quemadmodum  
ubaptismum auferebat; ita aliqua per se

eum conferat. Et de Præscript. adversus  
hæreticos (quam post lapsum scripsit) c.  
41. p. 241. *Ipsæ mulieres hæreticae, quam  
procaces! que audeant docere, contendere,  
exorcismos agere, curationes repromittere,  
forsitan & tingere, i. e. baptizare.* Qui  
ipse locus facit, ut ex parte judicio G. Ca-  
ve H. L. p. 57. de Tertulliani lapsu sub-  
scribam: *Scilicet, Clericos Romanos durio-  
ri ingenio, & nimia morum Tertullian-  
rum asperitate offensos, eum veluti Monta-  
nistarum gregalem atque vindicem accusa-  
se, placitaque Montanistica damnare reni-  
tentem, à communione abscidisse.* Quibus  
ille commotus, vir ingentis ac ferdidioris  
animi, ac injuriarum baud plene patiens,  
speciosiss adhuc Montanistarum jejuniis &  
vigiliis, ceteraque rigidioris vita disciplina  
captus, illorum cœtui se adjunxit. Neque  
enim crediderim Tertullianum, magni juas-  
cii, ingenii, gravitatis, & sincere probitatu-  
virum, fœces Montanisticas unquam imbi-  
bisse &c. Inter illas fœces autem non erat  
ultima, mulieres sacerdotio honorandas  
esse, quod tamen Tertullianus illis sim-  
pliciter denegat, ceu ex his jam adductis &

infra

ofra adhuc citando loco patebit. Interim non negamus, eum Montanum novum quendam Prophetam ac Paracletum agnoscere, & mulierum prophetias ac visiones, quas Montanista semper jactabant, maxime astutasse: sic lib. de anima c. 9. p. m. 44. scribit: *Quia spiritualia agnoscimus carismata, post Joannem quoque Prophetam meruimus consequi: Et hodie soror audiens revelationum charismata sortita, quae in Ecclesia inter Dominica solennia, precasta in spiritu patitur: conversatur cum Angelis, aliquando etiam cum Domino videt Et audit sacramenta, Et quorundam corda dignoscit Et medicinas desiderantibus submittit. Jam vero prout scriptura leguntur, aut Psalmi canuntur, aut locutiones proferuntur, aut petitiones elegantur, ita inde materia visionibus subministrantur.* Hæc talia quidem magni erubuit, sed non semper propriis hypothefibus conformiter, prout fieri solet in his, quibus à regia aberramus via, ut vel titulum, vel ad devia descendamus.

§. 8. Posthæc *Cyprianus exemplum,* quod suis temporibus accidisse, cuique simile

mile in antiquitate ecclesiastica forsitan non datur, epistola LXXV. narrat. Scilicet h. delibus, in perturbatione ob diram persecutionem politis, subito emersit quædam mulier, quæ in ecstasi constituta Propheten se præferret & quasi s. Spiritu plena sic ageret. Ita autem principalium Dæmoniorum impetu ferebatur, ut per longum tempus sollicitaret & deciperet fraternitatem, ac mirabilia quædam & portentosa perficiens & facere se terram moveri polliceretur. Quibus mendaciis & jactationibus subegerant mentes singulorum, ut sibi obedirent, & quodcumque præciperet & diceret, sequerentur, faceret quoque mulier illa in cruda hyeme nudis pedibus per asperas nives ire nec vagari in aliquo aut lædi illa discursiones diceret etiam se in Iudæam & Hierosolymam festinare, fingens tanquam inde venisset. Inter cætera quibus plurimos deciperat, etiam hoc frequenter ausa est, ut & invocatione non contemptibili sanctificare se panem & eucharistiam facere simularet, & sacrificium Domino sine latramento solita prædicationis offerret,

bapti-

aptizaret quoque multos usitata & legitima verba interrogations usurpans, ut nihil discrepare ab ecclesiastica regula videatur. Hæc ille. Nec tacere possum, quod Epiphanius scribit: *Mulieres quem currum s. sellam quadratam adorantes, ac linteo desuper extento, solenni tempore per aliquot dies panem proponunt in Mariæ nomen offerunt. Tum ad unam unes illo vescuntur.* De quo in epistola quam in Arabiam scripsit, non nihil se abutasse dicit lib. 3. Tom. 2. adversus Coltidianos hær. LXXIX. p. m. 1058.

§. 9. Nec sequentibus seculis spiritus ieiunilia si non majora tentans, cessavit. Bonifacius postquam mandato Gregorii R. in Germaniam profectus fuerat, sibi ex Anglia natali solo accersit, non plenū viros Burckhardum Lullum Wileldam, fratrem ejus Wunebaldum, Bitum Gregorium: sed & foeminas materiam, Lulli Chunitrudam, Teclam, Liebam & Waldopyrgam sororem Wilevaldæ & Wunebaldæ. Chonylda & filia eius Beragytha admodum bonis literis eruditæ ad Turogos legantur: Chunitruda & Valdo-

Valdopyrga in Bojariani pergunt. Tecla & Lioba in Francia veteri consistunt. Dumque hi operi divino sedulo instant, falsosque sacrificulos etiam mulierculæ abigunt, Gregorius moritur &c. referente Aventino A. Boj. l.3 p.m. 213. cui jungi potest Casp. Hedio lib. 6.c.21. qui scribit: quod Tecla ad fluvium Mogum Kizingi & Lieba in Bischofsheim concionatæ fuerint. Loquuntur de eo Constitutiones & Capitula Regum Francorum & Cæsarum seculo IIIX. IX. & inter ea Caroli etiam in Comitiis Aquisgranensibus capitulum sic se habet: auditum est aliquas Abbatissas contra morem s. Dei Ecclesie benedictiones, & manus impositiones, & signacula s. Crucis super capita virorum dare, nec non & velare virginem cum benedictione sacerdotali, quod omnino à Vobis, sanctissimi Patres, in Vestris Parochiis illis interdicendum esse scitote. Plura hujus rei testimonia intra ex Concilio Parisiensi adducemus.

§. 10. Quid de illis dicam, quæ sexum in Cœnobiis mentitæ fuerunt & ad Patrum etiam dignitatem admotæ. Talis sub initia seculi VI. Eugenia Philippi Alexandriæ

Pra.

fecti filia , Gallieno imperante , virili  
abitu monachus primo , tandem Abbas  
omplurium annorum decursu fuit , de-  
cudicimus in poëmatibus canit , & præ-  
puè de consolatoria castitatis laude ad  
scinam sororem , in biblioth. Patrum  
om. 8. p. m. 422.

Eugeniae dudum toto celeberrima mundo  
Fama fuit , Christi qua cum pro nomine  
vitam

Fuderit , ante tamen fortis processit in  
actus .

Namque habitum mentita viri , non pro-  
inde virile  
pectus , preficitur sanctis à fratribus ab-  
bas .

Tum patris officium complens , ac ueste  
virili

Fæmineum occultans sexum , muliebria-  
sprevit ,

Et meritis annisque graves , longaque  
verendos

Relligione senes juvenili rexit in ævo .

Talis Theodora Alexandrina , de qua Ni-  
phorus Calistus H. E. lib. XVI. c. 5. Talis  
Joan-

Joanna Papissa Seculo IX. superiori anno iterum à *Frid. Spanbemio*, disquisitione historica de Papa fœmina, qua Onuphrii, Allatii, Labbei, Blondelli, Launoii, Mabilioni, adversus Papissam præsidia excutuntur, in thronum Pontificalem reposita. Talis fuit seculo XII. Hildegundis virgo apud *Tribarium* in Chironico ad annum 1178. Dies me deficeret, si omnium sacrarum fœminarum nomina, facta & tentamina enumerare in animo haberem. Ipsa hæc nostra tempora referunt fœminas virginesque, quæ spiritum propheticum, cum Iove commercium, & nescio quæ alia partim sibi vendicant, partim justitant.

§. II. Sed quo se extollit mulierum fastus vel muliebris potius furor? Pueri puerilia & mulieres muliebria tractent. Audiant Pauli mandata: αἱ γυναικεῖς ὑμῶι στῆλαις ἐκκλησίαις συγάτωσι. ἡ δὲ περιέργαστη αὐλαῖς λαλεῖν, αλλ' ἵστοροσεθεῖ, καθὼς καὶ οὐ νόμος λέγει: δέ τι μαθεῖς ἐθίλαστιν, τὸ στοιχεῖον ἴδιας ἀνδρεῖς ἐπερωτάσωσιν. αὐτοὶ γάρ θινάι ἐκκλησίᾳ γνωστοὶ λαλεῖν. Mulieres vestre in ecclesiis taceant: non enim permittitur eis loqui, sed subditas esse, sicut & Lex dicit.

autem quid discere volunt, in domo proximos viros interrogent. Turpe enim est ecclesia mulieribus loqui 1. Cor. 14. 34. iqq. Nam si donis praeditos & spiritu instinctos loqui, quomodo cunque & quo cunque volunt, non sinit Paulus, mulieribus has temere frustraque nugari patetur. Magna itaque cum autoritate regas illarum compescit, legeque munus sic ipsis ora consuit, ( sunt verba Chrysostomi in h. l. ) ut non silere modo, sed diligere cum formidine jubeat, & tanta qualem quanta servam decet. Subjectae sint, viris, multo magis praceptoribus, patribus ecclesiae, cœtui communi. Non sint receptores, sed illæ, quibus præter obliquii gloriam nihil relictum est. Si quid discere volunt, domi viros suos interrogent. Hoc lex divina, hoc communis ratio, hoc consuetudo exigit. Rationem addit Chrysostomus: sine dubio imbecillis quiddam esse mulierem, instabilius & leve: itaque viros earum constituit praecipores, utrisque utilitatem secutus, quod efficere illas quidem irreprehensibiles velit, hos autem mitiores, tanquam qui

quod audiant, magna cum diligentia sine  
apud uxores suas deposituri. Deinde cum  
superbituras esse, si publice loquendi facul-  
tas traderet, putaret, in contrarium oratio-  
nem vertit, turpe, inquiens, est loqui in  
caetū mulieres. Et I. Tim. 2.11. seq. Mu-  
lier in silentio discat in omni subjectione.  
Mulieri autem docere non permitto, neque  
auctoritatē usurpare viri, sed esse in silen-  
tio. His & antecedentibus verbis Paulus  
magnam à mulieribus verecundiam exi-  
git, summamque honestatem, dum eas  
non modo ad habitum, amictumq; com-  
ponit, verum & silere perpetuo imperat.  
Adeo autem illas studere silentio vult, ne  
non modo de secularibus, verum ne de  
spiritualibus quidem loquendum sibi in  
Ecclesia noverint. Hic nempe ornatus, hic  
verecundiæ cultus, eas longe dignius or-  
nare, quam pretiosa vestis consuevit.

§. 12. Tertullianus lib. de veland. virg.  
c. 19 p. 223 n. 64. seqq. ex edit. Pamelia-  
na mulieri & virginī nec docere, nec alia  
Ecclesiæ munera publica concedit : Non  
permittitur, inquit, mulieri in Ecclesia lo-  
qui, sed nec docere, nec tingere, nec offerre,

nec

ucullius virilis muneris, nedum sacerdotalis officii sortem sibi vendicare. Quaramus an aliquid horum virginis liceat? si virginis non licet, sed in omnibus eadem conditione subjicitur, & necessitas humilitatis cum mure censemur, unde illi unum hoc licebit, modomi fœmine non licet? Nec constitutions s. Apostolorum, quæ vulgo Clementi tribuuntur, & circa finem secundi ecclii ex variis didascalicis & diatæxis, quas viri Apostolici tunc temporis edere solebant, primum, ut videtur, compositæ, et plurimum postea ab hereticis interpolatae, tale quid permittunt. Sic enim d. 3. c. 6. p. m. 2. 4. 9. se habent verba: non permittimus igitur mulieres in Ecclesia docere, sed tantum orare, & magistros dire: nam magister ipse & Dominus Jesus Christus cum nos duodecim ad docendum populum gentesque misisset, nusquam mulieres misit ad predicationem, quamquam non deerant. Erat enim nobiscum inter domini, & sorores ejus, præterea Magdalena, & Maria Jacobi, & Martha & Maria sorores Lazari & Salome, & quem alia. Nam sinecesse fuisset, mulieres docere,

docere, ipse primus iis quoque praecepisset, ut  
una nobiscum populum instituerent. Ecco-  
dem libro cap. 9. p. m. 250. seq. De mu-  
lieribus autem an haec baptizare debeant, si-  
gnificamus vobis, quod non parvum peri-  
culum imminet eis, que hoc faciunt: Ideo  
non consulimus: periculosem est enim, mo-  
iniquum & impium. Nam si mulieris ca-  
put est vir, is vero ad sacerdotium promo-  
vetur, non est equum opificium contemnere,  
& principium relinquentem, ad infimum  
corpus venire. Quod si in precedentibus  
docere eas non permisimus, quomodo quis  
eas prater naturam sacra facere conten-  
dat? Hoc est enim inscitia ad Graecorum  
impietatem pertinens, fœminis deabus sa-  
crificulas instituere. Sed non est Christi or-  
dinationis proprium: nam si à mulieribus  
baptizandum fuisset, omnino Dominus à  
propria matre baptizatus fuisset, non à  
joanne: aut cum nos ad baptizandum mi-  
sit, una nobiscum ad id mulieres misisset:  
nunc autem id nusquam ordinavit, neque  
scriptum reliquit, cognoscens & nature  
convenientiam, & rei ipsius decorum, ut on-  
nature auctor erat & ordinationis legi-  
lator.

tor. S. Ambrosius Tom. 3. p. m. 190. B. comment. in epist. I, ad Cor. cap. XIV. vel post Hilarius Diaconus ad illa verba: *Turpe enim mulieribus in ecclesia loqui, turpidinem hujus facti satis nervose deducit: turpe est, quia contra disciplinam est, ut in domo Dei, qui eas subjectas viris suis esse recepit, de lege loqui presumant, cum scient illuc viros habere primatum, & sibi manu competere, ut in domo Dei precibus videntur, linguam recinentes, aures aperiunt, audiant quomodo misericordia Dei morum dicit per Christum, quae per eas revavit. Nam si andeant in Ecclesia loqui, decus est, quia idcirco velantur, ut humilitate appareant. Ille autem se inverecundam videntur & viris opprobrium est. In munere enim insolentia, etiam notantur.*

in comment. in Evang. Luc. cap. XXVI I. modem tomo p. 109. causam, cur viris, non a feminis, munus docendi publicum demandatum sit, ad illa verba: *sed & mulieris quedam ex nostris terruerunt nos & ceteros. notat: Per os mulieris mors ante prosperat, per os mulieris vita reparatur. Sed a constantia ad predicandum inferior*

sexus, ad exequendum infirmior, virus ev-  
angelizandi mandatur officium. Nam sicut  
mulierum per Jesum non solum culpa solvi-  
tur, sed etiam multiplicatur gratia, ut plu-  
ribus suadeat qua unum ante deceperat:  
ita & vir, qui temere ante crediderat, fœ-  
neratum munus recuperare debuit, ut qui  
sibi ipse fuerat ad credendum lubricus, si-  
ree alius ad prædicandum idoneus. Adde  
Hieronymum Tom. 9. comment. in epist.  
I. ad Cor. c. XIV. p. m. 159. Isidorus Pelusi-  
ota Epist. I. l. 90. p. m. 28. seq. sequentia  
habet: Importunas in Ecclesiis loquacita-  
tes Domini Apostoli coercere ac comprimere  
studentes, modestiaeque atque gravitatis  
magistros se se nobis præbentes, ut mulieres  
in ipsis canerent, sapienti consilio permise-  
runt. Verum ut omnia divina documen-  
ta in contrarium versa sunt, hoc quoque  
quamplurimis in dissolutionem ac peccati  
occasione cessit. Siquidem ex divinis bym-  
mis non ingenti compunctione afficiuntur:  
verum cantus frauitatem ad irritandas &  
extimulandas libidines abutentes, nihil e-  
am scenicis cantilenis præstantiorem esse  
existimant. Opera pretium est igitur, si quod

DEO

DEO gratum est, querere, atque id, quod ex  
utilitate publica est, facere volumus, iis, ut  
Christo cauponum instar ad quæstum qua-  
ntibus & divinam gratiam in exitii mer-  
itatem convertentibus, ne deinceps in Eccle-  
sianant, atque in civitate maneant, in-  
undicere. Si ergo Isidorus ne cantus qui-  
tem mulierum in Ecclesia ferre potuit,  
numne tulisset publice docentes?

§. 13. Posthac tempora Imperatores  
gloriosissimi Ludovicus & Lotharius, qui  
ecclesiam diversorum morborum gene-  
ribus affici, multifariisque cladibus conte-  
nib[us] observarunt, toti in eo fuerunt, ut scan-  
dulum hoc, quod mulieres, sacerdotum  
unia sibi vindicantes, toti Ecclesiæ dede-  
nant, penitus tolleretur. Hinc in Concilio  
Parisiensi anno 829. habito libr. I. cap. 43.  
Tom. III. Concil. p.m. 792. statutum legi-  
bus: *Inter cetera, que contra religionem*  
*Christianam in Ecclesia Christi fieri cognos-  
imus, non minus emendatione & congrua-  
nctione dignum invenimus, quod quæ-  
sum Abbatisse & ceteræ sanctimoniales, non  
solum viduas, sed etiam virgines puellas  
velare solite sint: quod quantum sexui fæ-*

mineo illicitum, & à religione Christiana  
sit alienum, omnis qui sanum sapit, facile  
advertisit. Pene igitur in omnibus mona-  
steriis puellaribus hujuscemodi velatas in-  
venies. Idcirco etenim hujuscemodi sic  
modo potius, quam à sacerdote velari vo-  
lunt, quia dum clanculo se corrumpunt, ni-  
bil sibi obesse ad peccandum tale velamen-  
tum putant. Ita ergo idem illicitum & te-  
merarium factum babetur in usu, ut vir-  
aut viduae veteri à presbyteris, aut puelle  
virgines consecrari expetant à pontificib[us].  
Nulli quippe dubium est, quin hoc factum  
ex toto à divina abborreat auctoritate, &  
ad negligentiam quorundam pertineat sa-  
cerdotum: verum ne deinceps fieri presu-  
matur omnes in commune inbibendum de-  
crevimus. Ac si forte aut Abbatisse, aut  
alia qualibet sanctimonialis post hanc defi-  
nitionem in tantam audaciam præruperit,  
aut viduam aut pueram virginem velare  
sumat, congrua ab Episcopo suo correctione  
coerceatur & p[ro]nitentia canonice usque ad  
satisfactionem subdatur. Sed majora ad-  
huc sunt, ob quæ caput XLV. ejusdem  
Concilii p. m. 793. sequentia pronuncia-

vit.

iii. Quidam nostrorum, verorum virorum  
plati, quidam etiam visu didicim⁹, in qui-  
usdam provinciis contra legem divinam,  
monicamque institutionem feminas san-  
ctis altaribus se ultro ingerere, sacrataque  
usa impudenter contingere, & indumenta  
acerdotalia presbyteris administrare, &  
ad bis majus, indecentius ineptiusque est,  
opus & sanguinem Domini populis por-  
gere, & alia queque, que ipso dictu cur-  
sunt, exercere. Miranda sane res est,  
deis illicitus in Christiana religione irre-  
sistit usus, ut quod viris secularibus illici-  
tum est, fœmine, quarum sexui nullatenus  
impedit, aliquando contra fas sibi licitum  
vere potuerint: quod quorundam Episco-  
pum incuria & negligentia provenisse  
nulli dubium est. Unde ve nobis sacerdo-  
bus, ad quos illorum sacerdotum vitia  
transierunt, que in Maccabæorum libro se-  
ndo leguntur, quando scilicet sacerdotes  
legatum sibi religionis officium postponen-  
ti, templo Dei sacris officiis destituto, ipsi  
deo carnalibus desideriis & illicitis actio-  
nibus vacabant, ut mulieres sacratis adib⁹ se,  
ullo prohibente, ingererent, introferentes

E s ea,

ra, quæ non licebat. Quod autem mulieres ingredi ad altare non debeant, & in Concilio Laodicensi, capitulo quadagesimo quarto, & in Decretis Gelasii, paps, titulo vicesimo sexto, copiose invenitur. Hoc ergo tam illicitum factum, quia ex toto à religione Christiana abhorret, ne ulterius fiat, inhibendum est. Proinde unusquisque Episcoporum solicite sagaciterque provideat, ne in sua Parochia tale quid fieri deinceps sinat.

§. 14. Dum hæc mandata adhuc recentia erant, Episcopi debitam adhibuerunt curam, ne fœminæ in ecclesia ministerii partes sibi sumerent. Hujus rei exemplum Annalium Bojorum scriptor, Aventinus lib. 4. p. m. 312. ad an. 847. eleganter descriptus: Fuit eadem tempestate, inquit, in Suevia, agro Constantiensi insana quædam vates Theoda nomine, quæ consilio cujusdam sacerdotuli, quæstus gratia, freta vilis plebeculae credulitate, ut sunt animi imperiti vulgi superstitionis magis quam religiosi) futura canere cœpit, ambiguisq; dictis mortales stupitos, stultiores reddebat. Contra scitam Pauli, muliercula publice concionatur: de ministeriis divinis prophaniſſime

de philosophabatur, & de his, quæ soli,,  
eo nota sunt, temere pronunciabat.,,  
Ius coelestes simulabat, congressus, col-,  
xutiones cum superis, à quibus cuncta,,  
aceret, emen piebatur. Extremum fa-,,  
mō orbi terrarum & illum diem, Poëtis,,  
noq; alienis à religione nostra decanta-,,  
m, impendere istoc anno prædicabat.,,  
iri, mulierculæ, pueri, puellæ metu per-,,  
ali, sturnatim, graculatimq; provolant,,  
unera deferunt, deprecationem apud,,  
cum immortalem parant. Quidam,,  
niciæ, ob stipe, calvoque capite, vultu,,  
m, & sordibus notabilibus duntaxat,,  
igionem præ se ferentes, eandem ve-,,  
sibyllam, cœlitus demissam, Deoque,,  
mam non solum venerabantur, verum,,  
m sectabantur. Nam Phariseorum,,  
c genus irritabile adhuc nostra quoq;,,  
re, post habitis sacrarum literarum,,  
mibus clarissimis, cœnosas lacunas po-,,  
solet: isti rabulæ nugis, humanisque,,  
mmentis ratiocinatiunculis sophisti-,,  
iac tumultu (uti ait pater omnipotens),,,  
minum suorum, felicitatem collo-,,  
at, immortalitatemque in figmentis,,  
ortalium præceptiunculisq; consiste-,,  
re,

„ re opinantur: quasi vero cogitationes  
 „ hominum atq; Dei plusquam per diapa-  
 „ son intervallum non distent; aut non di-  
 „ cтum sit; Justitia vestra , pannus proflu-  
 „ vii mensis muliebris. Sed ad fatidicam  
 „ illam revertor. Ea iussu Regis nostri, Mo-  
 „ gontiacum à Solomone episcopo Con-  
 „ stantieni deducitur, in templo D. Alba-  
 „ ni à Rhabano & cæteris episcopis dili-  
 „ gentius audita , accuratius quæsita, sce-  
 „ nam omne in vaticinii sui detegit: se e-  
 „ doctam à quodam sacerdotulo, lucrigrati-  
 „ tia hæc commentam esse faretur. Palo  
 „ igitur & verberibus admota, silere post.  
 „ hac iussa, ludibrio de cætero fuit.

§. 15. Juris canonici quoque tum col-  
 lectores tum conditores rem hanc à religi-  
 one plane alienam observantes, illam per  
 certos canones ex Ecclesia eliminandam  
 esse judicarunt. Gratianus canone *Sanc-*  
*tas 25. dist. 23. ex epist. 2.* quam Soter  
 Papa omnibus Episcopis Italæ inscripsit:  
*Sacratas Deo fæminas vel monachas, sacra-*  
*vasa, vel sacratas pallas penes vos contem-*  
*gere, & incensum circa altaria deferre per-*  
*latum est ad apostolicam sedem: que omnia*  
*reprobatione plena esse, & vituperatione,*
nylli

directe sapientum dubium est. Quam-  
um bujus sancte sedis auctoritate bac-  
ula vobis resecare funditus, quanto  
ius poteritis, censemus. Et ne pestis bac-  
ulus divulgetur, per omnes provincias ab-  
logi citissime mandamus. Et can. mulier  
quamvis 29. dist. cit. item c. 20. de con-  
gregatione dist. 4. ex concilio Carthagi-  
ensi IV. c. 99. & 100. Mulier quamvis  
vita & sana, viros in conventu docere,  
et aliquos baptizare non presumat. Can.  
uia quædam 10. de pœnitent. & remiss. No-  
uquædam nostris sunt auribus intimata,  
mod abbatisse moniales proprias benedi-  
cunt, ipsarum quoque confessiones in crimi-  
bus audiunt, & legentes Evangelium pre-  
munt publice prædicare. Cum igitur id  
absconum sit, pariter & absurdum, manda-  
mus, quatenus ne id de cetero fiat, curetis  
primiter inhibere. Quia licet beatissima  
virgo Maria dignior & excellentior fuerit  
apostolis universis, non tamen illi, sed istis  
dominus claves regni celorum commisit.

§. 16. Accedit illud, quod Daemon in  
muliere loquente multam fiduciam ha-  
bet, ad sua venena disseminanda. Obser-  
vavit id olim Hieronymus in epistola ad  
Ctesi-

Ctesiphonte in T. 3. f. 115. &c. Quid volunt  
miseræ mulierculæ onerate peccatis : que  
circumferuntur omni vento doctrine, sem-  
per discentes & nunquam ad scientiam ve-  
ritatis pervenientes : & ceteri muliercula-  
rum socii, prurientes auribus, & ignorantis  
quid audiant, quid loquantur : qui vetusti-  
mum cænum, quasi novam suscipiunt tem-  
peraturam : qui juxta Ezechielem liniunt  
parietem absque temperamento, & super-  
veniente veritatis pluvia, dissipantur ? Si-  
mon Magus heresin condidit, Helena mere-  
tricis adjutus auxilio. Nicolaus Antioche-  
nus omnium immundiarum repertor, cho-  
ros duxit fæmineos. Marcion Romanum pre-  
misit mulierem, qua decipiendos sibi animos  
præparet. Apelles Philomenen, suarum  
comitem habuit doctrinarum. Montanus  
immundi spiritus prædicator, multas Eccle-  
sias per Priscam & Maximillam, nobiles &  
opulentas fæminas, primum auro corrupit:  
deinde heresi polluit. Dimitram vetera,  
ad viciniora transcedam. Arrius, ut or-  
bem deciperet, sororem principis ante dece-  
pit. Donatus per Africam ut infelices quo-

u: fetentibus pollueret aquis, Lucille op-  
tu adiutus est. In Hispania Agape Elpi-  
tum, mulier virum, cæcum cæca, duxit in  
vidam, successorem sui Priscillianum ba-  
uit Zorastris magi studiosissimum, & ex  
ego episcopum, cui juncta Galla non gente,  
id nomine germanam buc illuc currentem,  
serius & vicina heresios reliquit heredē.  
unc quoque mysterium iniquitatis opera-  
r. Duplex sexus utrumque supplantar &c.  
orsan non aberravero, si Licinium, Eccle-  
s Christianæ florem omnibus modis im-  
muere tentantem, hoc respxisse dixe-  
, dum non tantum Episcoporum syno-  
uis prohibuit, ut ecclesiasticæ leges con-  
serentur, sed etiam ut mulieribꝝ publi-  
docere permittatur, edicto voluit. Sic e-  
n Eusebius de vita Constantini lib. I.  
13. p. m. 435. Διὸ δῆδε πέργυ νόμου ἐπί-  
αν δὲν προστάτων αὐδεας αὐα γυναιξὶν  
ἴλας τὰ θεῖα παρένται δχας. μηδ' οὐτὶ τὰ  
τὰς αρετῆς διδασκαλεῖα Φοιτῶν γό-  
νικῶν γένεται. μηδ' οὐτοκόπις καθη-  
ται γυναιξὶ θεοσεβῶν λογιῶν, γυναικας  
αἰεῖσθαι γυναικῶν διδασκαλεῖς. γελω-  
νε δὲ τάτων πρᾶγμα τοῖς πάσιν ἄλλον  
περ

τοργές καθαιρεσίν τῶν ἐκκλησιῶν ευνυχιῶν.  
Idcirco alteram legem tulit, qua jubebat,  
ne viriorandi causa in Ecclesiam Dei simili-  
cum mulieribus convenirent; ne ve mulie-  
res ad venerandas virtutis scholas discendi  
causa ventarent: postremo ne Episcopi di-  
vinæ religionis precepta mulieribus trade-  
rent: sed ut mulieres ad id electæ, docendo  
mulieribus præficerentur. Quæ cùm ab  
omnibus riderentur, aliud quippiam com-  
mentus est ad Ecclesiarum eversionem.

§. 17. Secus vero fit, si mulier tacet: tunc  
enim omnino desperat dæmon, quod Pan-  
linus epist. 4. ad Severum p.m. 61. eleganter  
deducit: Intelligant, cur illas Apostolus pro-  
lixiori capitilis velamento tegi jussérunt: Pro-  
pter angelos, illos videlicet ad seductionem  
paratos, de quibus sancti judicabunt. Hi  
enim petulantius infirmiora vasa pertur-  
bant, sicut non Adam, sed Èvam coluber  
gressurus est. Unde etiam docere in Eccle-  
sia prohibentur, ne exaltato spiritu decreta  
sapientia audeant intueri, & scientia infla-  
re dissiliant. Profecto enim valeat ad con-  
fusionem malorum, si videant mulierem

sensus

in suo ignorantia & specei per silentium temere, disciplinam intellectu*s* sui verecundobam confiteri, ut non audeat serpens tentandum rursus aggredi desperatione capienda. Hujus exemplum desideratis, omni laudem majus erit illud Marcellæ viduæ, quam Ieronymus in Epistola ad Principiam virginem commendat. Rem totam ipse narrat verbis sequentibus: Cum me Romanum cum sanctis Pontificibus Paulino & Iaphanio ecclesiastica traxisset necessaria, & verecunde nobilium fœminarum dulos declinarem: ita egit Marcella secundum Apostolum importune oportuit: ut pudorem meum sua superaret industria. Et quia alicujus tunc nominasse existimabar super studio scriptorum, nunquam convenit, quin de scripturis aliquid interrogaret: nec statim quiesceret, sed moveret è contrario questiones: non ut considereret, sed ut perendo disceret earum solutiones, quas pponi posse intelligebat. Quid in illa virtutum, quid ingenii, quid sanctitatis, quid viritatis invenerim, vereor dicere, ne fiducie dulitatis excedam. Hoc solum dicam,

quod quicquid in nobis longo fuit studio congregatum, & meditatione diuturna, quasi in naturam versum: hoc illa libavit, didicit atque possedit. Ita ut post professionem nostram, si in aliquo testimonio scripturarum esset oborta contentio: ad illam judicem pergeretur. Et quia valde prudens erat, & noverat illud, quod appellant Philosophi τὸ πέντε i. e. decere, quod facias: sic ad interrogata respondebat, ut etiam sua non sua diceret, sed vel mea, vel cuiuslibet alterius; ut in eo ipso quod docebat, se discipulam fateretur: sciebat enim dictum ab Apostolo: Docere autem mulieri non permitto; ne virili sexui & interdum sacerdotibus de obscuris & ambiguis sciencitancibus facere videretur injuriam. Insigne modestiae foeminez exemplum, quam si sequior sexus semper respiceret, cum silentio in Ecclesia tractaret sacra & cæterum muliebria curaret.

§. 18. Hæc autem hactenus à nobis deducta publicum Ecclesiæ conventum respiciunt, in quo mulieri docere non permittitur; ordinem, extra omnem necessitatem positum, concernunt, per quem fœminæ

minor baptizare non licet. Alias scimus, quæ Paulus privatim illis permittat in epistola ad Titum 2.3. πεισθύποδας ὠσάντως ἐν  
ιαστησαὶ ιεροπεπτεῖς, μη Διαβολές, μη οὐνώ  
πλα δεδχλωμένας, κακοδιδοκαίλγες. ίνα σω-  
φρείζωσι τὰς νέας, Φιλάιδες εἶα, Φιλο-  
παικες. σωφρεγας, αγιας, οικερες, αγαθας, χαρο-  
μομένας τοῖς ιδίοις ἀνθερόσ, ίνα μὴ ὁ λόγος  
τῆς θεᾶς Βλασφημῆται. Anus similiter in ba-  
litu sancte docentes, non calumniatrices, non  
vix multo servientes, bene docentes: ut pruden-  
tiam doceant adolescentulas, virorum amantes  
et filiorum amantes, sobrias, castas, domi ma-  
ntes, bonas, subditas propriis viris, ut non ver-  
um Dei blasphemetur. Quibus verbis de-  
tribitur non quid publice, sed quid pri-  
mit mulieribus circa disciplinam dome-  
sticam erga sui sexus familiam injungitur.  
Nam toto hoc capite Paulus per singulas  
pecies, quid unam quamque ætatem do-  
cat, exponit. Primum senibus viris con-  
uenientia, deinde anus quid deceat, tertio  
quæ adolescentibus apta sint, tam maribus  
idelicet, quam fœminis, licet in præce-  
xo mulierum veterarum de adolescenti-  
us fœminis mandata subjicerit, ut nō tam  
pse doceret adolescentulas, quam quid à

vetulis doceretur, exponeret; extremo de servis constituant; quæ omnia privatam disciplinam respiciunt. Atque sic etiam Chrysostomus ad h. l. T. IV. p. m. 587. G. respondet: *Qua ratione igitur docendi ministerium eis hoc loco permittit, cum alibi dicat: Mulieri docere non permitto?* Sed audi quod sequitur: *Neque praesesse viro. Viris nempe docere permittitur & viros & mulieres Ceterum mulieri domi tantum exhortationis permittit verbum, nunquam tamen præfidere concedit, nec prolixum omnino sermonem intendere.* Hieronymus quoque ad eundem locum capita doctrinæ muliebris, à Paulo indigitata, eleganter deducit, quem videsis. Præter hæc jam supra ex Concilio Carthaginensi IV. & Hieronymo concessimus, viduas vel sanctimoniales olim ad id fuisse obligatas, ut rusticæ & imperitas mulieres apto & sano sermone privatim doceant, ad interrogata baptizatoris respondere. Paucis mulieri permittitur docere privatim quæ bona sunt, ut Hieronymus loquitur, sive ea mores concernant, sive pietatis capita; modo in his prolixum sermonem non intendant, ceu Chrysostomus præcepit, ne ob imbecillitatem minus cohærentia loquantur;

quantur: vel si datum illis est, nec ineruditæ nec inconcinna etiam prolixæ proferre aut scribere, semper ante oculos habent tum S. Scripturam tum libros symbolicos, & ab his, non dicam ne latum unquam, sed ne apicem quidem recedant. Exemplum tale quis nescit in Priscilla Aquilæ uxore Act. 18.26? Legimus enim eos Apollo Alexandrinum virum eloquentem & potentem in scripturis, cum initia-  
tus jam in via Domini esset, & fervens spi-  
ritu loqueretur, & doceret diligenter ea,  
quæ sunt domini, sciens tantum baptismum  
Iannis, assumptissime & ~~ad~~ <sup>ad</sup> penitus  
a viam domini exposuisse; quo etiam  
hulus respicere videtur, cum ambos vi-  
um pariter & fœminam ~~conveyas~~ coad-  
vatores suos in Christo Jesu appellat Rom.  
6.3. Nec taceri debet exemplum Loi-  
is & Ennioꝝ, quæ nepotem & filium Ti-  
moteum à pueris in sacris literis institue-  
bat. 2. Tim. 1.5. 3, 15. Talis fœmina lau-  
atur Prov. 4.3. 31.1. 26.

§. 19. Intra hos terminos mulieribus  
permittitur, quicquid permittitur. Extra  
hos si vagantur, jure coerceri possunt &

debent. Injuriam igitur faciunt Reformationi & Ecclesiarum nostratum Reformatoribus, Jac. Pamelius in annot. ad Tertull. præscript. adv. hær. c. 41. p. 241. n. 260. & 263. nec non Fevardentius in c. 9. lib. i. Irenæi p. m. 74. quasi mulieribus conserint, in publicis cœtibus de sacris dissere & de materiis sacris in quibuscunque scholis respondere. Sic enim Pamelius: ab anno 1521. quo passim biblia sacra profanari cœpere vernaculis populorum linguis, adeo quoque mulieres incœperunt, pro fusi & colo theologari, ut inventæ sint, que de scriptis Pauli & themata collegerint, de quibus essent illæ paratae publice quibusvis disceptantibus & in quibuscunque scholis respondere. Nostri temporis historiae contentiosas istas & disputatrices fæminas nominatim produnt, & publice cum talibus doctrinibus ab eisdem conscripti libelli prostant. Concludunt tandem Pamelius & Fevardentius, non esse hoc mirum, cum sint omnes apud eos presbyteri atque sacerdotes. Abutuntur hunc in finem alii ex Pontificiis, prout solent, locis quibusdam Lutheri, ubi omnibus vindicat sacerdotium spirituale atque

sic

scetiam jus docendi publicum, ut putant. Verum si ipsa loca Lutheri inspexeris, longe aliud cuivis ab affectibus libero illa persuadebunt. Sic enim in libro de abroganda missa privata Tom. II. Witteb. lat. p. 249. & Jen. Germ. Tom. II. fol. 14. b. objectioni xii. Cor. 14. contra commune sacerdotium & ministerium verbi respondet: Neque mutis neque alia quacunque causa impeditis loqui permittitur. Credo enim, ut istud loquendi, et si omnibus communitatis, non tamen posse aut debere existimini nisi eum, qui idoneus sit præ ceteris, qui idoneus sit, ceteri locum facere, meantur, ut servetur ordo & honestas. Licet enim & Timotheo præcipit, ut commendet verbum iis, qui idonei sunt, & alios docere. Exigitur autem ad loquendum ultra spiritum etiam vox, eloquentia, memoria & alia naturalia dona, quibus qui caruerit, merito suum jus alibi supponit. Ita mulieres Paulus prohibet loqui non simpliciter, sed in Ecclesia, nempe, ubi sunt viri, potentes loqui, utne confundatur honestas & ordo, cum vir multis modis sit præ muliere idoneus.

„ us ad loquendum & magis eum deceat  
„ Autoritate divinæ legis certus erat, quod  
„ spiritus sibi ipsi non contradiceret, &  
„ mulieres prius per eum viris subjectas,  
„ nunc supra viros non elevaret. Quin  
„ potius memor & tenax sui instituti, præ-  
„ sentibus viris, magis viris quam mulieres  
„ afflaret. Ordo itaque & honestas est, ut  
„ viris loquentibus in ecclesia taceant mu-  
„ lieres. Nullis autem loquentibus viris,  
„ necesse ut loquantur mulieres. In enar-  
rat. in 1. epist. Petr. c. 2. Tom. V. Witteb.  
Lat. fol. 455. b. Jen. germ. Tom. II. fol. 316.  
„ a. idem urget: quare simul univer-  
„ si sacerdotes sunt, possuntque & de-  
„ beat cuncti verbum Dei annunciat. „  
„ Nisi quod in Ecclesia mulieres loqui non  
„ debeant, sed permittere viris, ut illic  
„ prædicent, propter præceptum Dei, qui  
„ præcepit mulieres debere viris esse sub-  
„ jectas, quemadmodum D. Paulus docet  
„ 1. Cor. 14. Hunc ordinem Deus quidem  
„ permittit. Sed ob hoc nullum admit-  
„ tit discriminem potestatis. Ubi autem nihil  
„ nisi mulieres essent, & nulli viri, ut in  
„ cœnobiis Nonnarum, ibidem possit mu-  
lier

lier constitui ad prædicandum. Vides,,  
kector benevole Lutherum urgere sum-  
mum necessitatis casum , requirere ordi-  
nem , & in ecclesia publice non concedere  
mulieri docendi officium. Ubi autem  
privatim concedit, sub certis restrictioni-  
bus id facit. *Quæ omnia cum spirituali*  
*sacerdotio consistere possunt , hinc ipse*  
*inter ecclesiæ ministrum & sacerdotem*  
*distinguit l. c. fol. 458.a. Seligi ex ecclesia ,*  
*aliqui possunt, qui officium gerant & sint ,*  
*ministri verbi , ad hoc constituti , ut in ,*  
*ecclesia prædicent , ac sacramenta admi-*  
*nistrent , nihilo secius tamē omnes sacer-*  
*tores sumus , quotquot sumus christiani . ,*

§ 20. Quemadmodum autem mulie-  
ris sub his conditionibus privatim docere  
permittitur ; sic etiam ei jam ab antiquo in  
caſu necessitatis & ubi pastores , diaconi  
ut viri non adsunt , baptizare licuit. Con-  
stat id , si antiquitatem ecclesiasticam respi-  
tiamus , tum ex eo , quod in genere laicis  
id concessum , tum ex eo , quod expreſſe  
mulieribus id datum fuisse legamus. Sic  
mim Tertullianus lib. Baptismo c. XVII.  
Dandi quidem ( baptismi ) babet jus sum-

mus sacerdos, qui Episcopus: de bine Presbyteri & Diaconi, non tamen sine Episcopi autoritate propter Ecclesie bonorem, quo salvo, salva pax est. Alioqui etiam Laicus jus est: quod enim ex aequo accipitur, ex aequo dari potest. Sufficiat scilicet, in necessitatibus, ut utaris, sicuti aut loci aut temporis, aut personae conditio compellit: tunc enim constantia succurrentis excipitur, cum urget circumstantia periclitans, quoniam reus erit perdicci hominis, si supercederit prestare quod libere potuit. Hieronymus dialogo adversus Luciferanios c.4. Ecclesie salus, inquit, in summi sacerdotis dignitate pendet, cui si non ex foris quedam & ab hominibus eminens detur potestas, tot in Ecclesiis efficiuntur schismata, quae Sacerdotes. Inde venit, ut sine chrismate & Episcopi iussione neque Presbyter neque Diaconus jus habeant baptizandi. Quod frequenter, si tamen necessitas cogit, scimus etiam licere Laicis: ut enim accipit quis, ita dare potest. Ultimis quoque temporibus Concilium Florentinum in decreto super unione Armenianorum ita statuit: Minister hujus sacramenti est sacerdos, cui ex

ix officio competit baptizare. In casu autem necessitatis non solum sacerdos vel diaconus, sed etiam laicus & mulier, immo etiam paganus & hereticus baptizare potest, immode formam servet Ecclesia & facere intendat, quod facit Ecclesia. Nec ita tantum hoc in Ecclesia occidentali sed hodieque in orientali observatur. Qua de re sic Metrophanes Critopulus, Alexandrius Patriarcha ανάγκης δὲ κατεπειγόντος εἰναι, inquit, μετὰ τὴν γέννησιν βαπτίζεται τὸ γῆθεν, καν πεσθύπερθυ μὴ τάρεσιν, ἢ μαῖαν ποιεῖ, λέγοντα τῷ ἀνωθεν θεῖα ρήματα. Ei τὸ βεβόθη αναρρώθη λαρκαθησεται τύτω πισμαν. necessitate autem urgente statim post nativitatem baptizatur quod geratum est, et si presbyter non adsit, obstetrix facit, verba illa divina supracitata pronuncians, & si infans convalescerit, baptimus bice ei sufficit.

§. 21. Sed Reformati & inter illos præcipue Jo. Forbesius, à Corse, Presbyter & S. Theol. D. PP. in Academia Aberdonensi, quem alias ob præclaram antiquitatem ecclesiasticarum notitiam maxime distumamus, in instructionibus historico theologicis lib. 10. cap. 13. §. 26. seqq. p.

524. seq. frustra putat auxilium in his au-  
torum locis quæri. Tertulliani quippe  
& Hieronymi rationem illis, quæ hæc ta-  
lia statuunt, esse inimicam. Nam ea stante,  
poterit quilibet solenniter baptizatus, aut  
quælibet solenniter baptizata, non expe-  
ctato casu necessitatis etiam præsentibus  
clericis publice & solenniter baptizare.  
Item poterit qui Eucharistiam accepit, e-  
andem etiam dare. Verum videtur hæc  
consequentia esse contra Tertulliani &  
Hieronymi mentem. Neuter enim re-  
gulam hanc: *quod ex aequo accipitur, ex e-  
quo dari potest*; item, *ut accepit quis, ita*  
*& dare potest*; ad sacramenta in genere  
ad�licat, ut adeo non concedatur sequela  
a baptismate ad Eucharistiam. Dein neu-  
ter laicis, præsentibus clericis, hoc jus da-  
tum esse dixit, sed tum demum concessit,  
quando absente sacerdote summa urge-  
bat necessitas. Id subsequentia verba Ter-  
tulliani, forsitan à Forbesio non observata,  
volunt. Nec aliud Hieronymus intendit,  
principue cum praxis Ecclesiæ mentem  
illorum clarius explicet. Gelasius enim  
epistola nona ad Episcopos Lucaniz, ex  
qua

qua Gratianus canonem Diacones dist. 93.  
bmis, præcepit. Diacones absque episco-  
p, vel presbytero baptizare non audeat :  
i si predictis ordinibus fortassis longius  
institutis, necessitas extrema compellat :  
quod etiam laicis Christianis plerumq; con-  
ditur. Et Isidorus Hispalensis lib. 2. de  
fficiis cap. 24 constat, inquit, baptismus à  
illis sacerdotibus esse tractandum : ejusque  
ministerium, ne ipsis diaconibus explere est  
ritum absque episcopo vel presbytero : nisi  
us procul absentib⁹, ultima languoris neces-  
sus cogat : quod & laicis fidelibus plerumq;  
mittitur. At iterum audio excipientem  
orbisium, omnia j̄tum hæc cum superius  
adducta loca niti falsa hypothesi deabsolu-  
ta baptismi necessitates, quæ tamen nulla  
est. Nam secundum Patres quoq; dari h. l.  
vel necessitatē præcepti vel necessitatē  
ritandi contemptum & ingratitudinem, vel  
necessitatē rei significatæ puta regene-  
rationis, vel necessitatē sacramenti per-  
emptoriam s. simplicem necessitatē me-  
diī. Tres priores necessitates agnoscit, &  
quidem tertiam, hypothesi Calviniano-  
am conformem, qua baptismus tantum  
est

est regenerationis signum , quartam autem necessitatem singi & nullam esse dicit. Sed cum Forbesius directe contra Pontificios disputet , & nos lubentes fatemur, baptismum tam absoluta necessitate non esse necessarium, ut infantes, qui sine baptismo decedunt, cœlo excludantur. Nam licet Deus homines ad baptismum , si haberi potest, tanquam ad medium alligaverit, nemo tamen putabit, Deum se ad illud alligasse , cum sine eo operari possit modo extraordinario. Vid. Chemnitium Exam. C. T. part. 2. p. 15. seqq. Interim adhuc baptismus necessarius erit necessitate medii , per quod Deus hominem , modo haberi possit, vult regenerare & renovare. Tit. 3, 5. adeo ut præsentissimo periculo se exponant Joh. 3, 5. si baptismum, quem habere poterant, negligunt aut intermitunt. Si jam casum nostrum intueamur, in quo infans morti vicinus ponitur , & sacerdotis præsentia sperari non potest, tunc nihilominus haberi potest baptismus. Ubi enim substantialia baptismi habentur, ibi ipse baptismus habetur. Sed absente sacerdote in casu necessitatis substantialia bapti-

baptismi adesse nemonegabit, quia sacerdos, tanquam causa instrumentalis, essentiam baptismi non ingreditur; & idcirco si vel maxime in muliere, quæ baptizat, tunc temporis aliqua qualitas desit, tamen essentiae & integritati baptismi nihil decebit. Id quod observans Isaacus Casaubonus in resp. ad epist. Cardinalis Petronii nomine Reginæ Angliæ scripta, prudentius ac de re scribit, observ. 3. p. 24. Quod defuscente olim Ecclesia dixit Tertullianus, baptizare Episcopum, Presbyterum, Diaconum, postremo etiam laicis jus esse, in extremo videlicet necessitatis casu, hoc ipsum in Ecclesia Anglicana, quod ad Episcopos, Presbyteros & Diaconos bodieque servatur, sine laicis vel loci vel temporis rigida & penitus violabili observatione. Laicorum vero baptismum aut foeminarum, ut fieri legibus non vetat, sic factum ex legitima formula undammodo non improbat, baptismum esse renuncians, etiam si non legitime administratum, id est, prout ordinarie administratio solet.

S. 22. Tandem qui in casu necessitate etiam singulos christianos absolvere posse

posse docent, forsitan & mulieribus id non  
denegabunt, cum singulis competit hor-  
tari & consolari ex præcepto Esa. 2. 3. Hos.  
6. 4. 1. Thess. 5. 11. Ebr. 10. 24. seq. Quod  
vero etiam mulier in casu necessitatis eu-  
charistiam potentibus dare possit, ut qui-  
dam asserere videtur, mihi persuadere nō  
possum, cum illi sine dubio nitantur hy-  
pothesi de absoluta Eucharistiæ neces-  
itate, quam tamen nullam esse monstrabi-  
mus Deo dante in primo anno ecclesi-  
astico de eucharistia mortuo-  
rum.



DIS-

## DISSERTATIO TERTIA

*De*

## CULTU EVANGELIORUM.

Cultum Evangeliorum lectori benevolo dum sistere volumus , statim monendus is erit,nomen cultus à Partibus, græcis æque ac latinis , in numero lorum poni, quæ diversimode accipiuntur. Sic enim Clemens Alexandrinus Stromat. lib.VII.p.m.700. Θεραπεία Ιονιν τῷ  
η συνεχῆς ὅπισθεια Τῆς ψυχῆς τῷ γνωστῷ, προ τὸ θεῖον αὐτόν κατὰ τὴν αἰσθησιν, αὐτάπιν ἀγάπην ἀγολίᾳ· τῆς γὰρ τοῦτο τὰς αἰθρέων θεραπείας, η μὲν Βελπιωτική. η δὲ φιλοσοφική· ιατρική μὲν σώματος· Φιλοσοφία δὲ, ψυχῆς Βελπιωτική. Dei ergo cultus est continua animæ cura ei, qui est præditus cognitione, & ejus perpetua in Deo occupatur charitatem, quæ nunquam intermittitur. Cultus enim qui versatur circa res luminum, unus quidem est , qui reddit meores: aliis vero, qui in ministerio occipi-

G

patitur:

patur: Medicina quidem corpus, philosophia vero animam reddit meliorem. Et Theodoretus ad vers. 9. cap. I. ad Romanos, p. 13;

Εἴδη λατρείας πολλά. Καὶ ἦ δὲ οὐ προστέχους.  
νῦν, θεω λατρεύει. καὶ οὐ τησεῖα γεώμετρος,  
καὶ οὐ τοῖς θέασις προστέχον λογίσις, μηδεποτε  
οὐ τῆς τῶν ξένων θεραπείας θημελέματος.

Multa divini cultus sunt genera. Qui enim precatur, Deum colit, εἰ qui jejunio utitur, εἰ qui divinis vacat eloquiis: εἰ is etiam, qui recipiendorum hospitum curam gerit.

Apud Chrysostomum in Psal. XLI. οὐ πολλαὶ λατρεῖαι, de eo dicitur, qui pietatem exercet in canendis ad mensam communem psalmis. Ex latinis produco Augustin. lib. 10. de C. D. c. 1. p. m. 81. a. lit. A. B. Hic est enim divinitati, vel, si expressius dicendum est, deitati debitus cultus, propter quem uno verbo significandum, quoniam satis mihi idoneum non occurrit latinum, graco ubi necesse insinuo, quid velim dicere. Latraria quippe nostri ubique sanctarum scripturarum positum est, interpretari sunt servitatem. Seda a servitus, qua debetur hominibus, secundum quam precipit apostolus, servos dominis suis subditos esse debere, alio nomine grace nuncupari solet. Latraria vero

ero secundum consuetudinem, qua locuti  
sunt, qui nobis divina eloqua considerunt,  
ut semper, aut tam frequenter, ut pene  
imper ea dicatur servitus, que pertinet ad  
venerandum Deum. Proinde si tantummodo  
cultus ipse dicatur, non soli Deo deberi vide-  
r. Dicimus enim etiam colere homines,  
nos honorifica vel recordatione vel pre-  
sentia frequentamus. Nec solum ea, qui  
unus religiosa humilitate subjicimus, sed  
vidans etiam que subjecta sunt nobis coli-  
cibentur. Nam ex hoc verbo agricolæ  
coloni & incolæ vocantur.— Ac per hoc  
cum quidem non deberi nisi Deo, propria  
udam notione verbi hujus verissimum  
est. Sed quia & aliarum rerum dicitur cul-  
tu, ideo latine uno verbo significari cultus  
non debitus non potest. Similia ostendit  
voce religionis & genocieas, pietatis &  
impiaas. Hinc etiam J. Lud. Vives in-  
comment. ad hoc caput notat: Non mi-  
m: nam colere est tractare & exer-  
ere. Sic colimus omnia, quibus stude-  
us, ut literas, arma, ludos, terram & si-  
ulia, & habitare. Cum igitur vocabu-  
lum cultus in utraque lingua in tanta lati-

tudine dicatur,usu sic permittente, etiam ab hac materia alienum non erit,in ista latiori significatione vocem illam adhibere. Adeo ut scopus noster sit,cultum, qui libro Evangeliorum vel omnium quatuor, vel unius,sive ex toto sive ex parte, seculis Christianorum IN CHORO, IN FORO, IN DOMO,fuit exhibitus, paucis enarrare; sive is cultus talis sit, qui alias Deo debitusest,sive quicunq; aliis, quem honorem, reverentiam aut æstimium, tum propter se tum propter aliud,dicere liceat ; sive is, qui quovis alio nomine venire potest, ceu ipsa facta indicabunt. Sit ergo.

## I. CULTUS EVANGELIORUM IN CHORO.

### §. I.

**I**N scribendo & ornando evangeliorum libro quantam curam in ecclesia christiana adhibuerint monachi,pictores, aliq; omnia loquuntur tempora,& monumenta passim testantur. Platonicus quidam, sicut à sancto sene Simpliciano, qui postea, Mediolanensi ecclesiæ præsedid episcopus, Augu-

Augustinus audire solebat, initium sancti  
evangelii, cui nomen est secundum Joan-  
nem, aureis literis conscribendum, & per  
mnes ecclesias in locis eminentissimis  
proponendum esse dicebat. lib. 10. de C.  
D. c. 29. p. m. 89. b. lit. L. Quod hic Pla-  
tonis discipulus ob rerum gravitatem ac  
liblimitatem in votis habuit, id sequenti-  
us seculis tum in hac evangelii parte, tum  
ac complexu omnium quatuor, vel ex iis-  
em vel aliis rationibus, interdum ad su-  
stitutionem usque observatum fuit. Sic  
ecclesia Laudunensi videtur evangelio  
liber, in quo integer quatuor Evan-  
gelistarum contextus est, in altari positus,  
reis plane literis exaratus, ipseque a par-  
taquilonari seu dextra holoserico, & au-  
quoque pulvinari insidens. Apud Gol-  
dum com. 7. rerum Alamanicarum extat  
ber de origine monasterii S. Galli, in quo  
gimus Hartmotum Abbatem librū  
angeliorum auro, argento, lapidibusque  
rūsis ornasse. Ducas in historia Byzan-  
tia cap. 42. capta Constantinopoli evan-  
gelia adhibitis ornamentis mira arte  
impacta, auro argentoque inde revulsis

G 3 partim

partim venundata , partim projecta con-  
queritur.

§.2. Habentur quoque in bibliotheca nostra Ducali Academica duo evangeliorum codices manuscripti latini , quorum alter aliquot evangelia festorum contineat, alter quatuor evangelia , quæ tamen sub finem evangelii Iohannis cunctellum-  
~~τῆ δένα~~ passa sunt, exhibet. Iste non dunt taxat eleganter in folio minori in pergameno descriptus, sed & literis initialibus, quæ auro ( inter deperdita hactenus numerato ) & picturis nitidissimis superbunt, ornatus est. Initium cujusvis evangelii ex omni paginæ latere circumdant varii ductus, colorum, florum, animaliumque varietate constantes. In horum aliquo sittitur genealogia Ducum Saxoniz per duos ramos, quorum alter Imperatores, alter Electores præcipuos & ipsum Fridericum monstrat. Et si quid sones evangeliorum valent, Fridericus Elector e regione illorum verborum : *Maria optima partem elegit, qua non auferetur ab ea, ponitur.* Electoralem hunc codicem fuisse ostendunt insignia electoralia,

tum

rum sola tum conjuncta cum aliis, duabus  
nimis paginis posita, cū subscriptione: *Fri-  
ericus Dei gratia Dux Saxonie sacri roma-  
ni imperii archimarscaleus & princeps ele-  
ctor romanorum regiae majestatis imperii g-  
regiminis locum tenens. I. S. O. 7.* In tertia  
pagina Christus cruci affixus, cum Maria-  
& Joanne sub cruce, variis insignibus tum  
Evangelistarum tum electoralium & du-  
alium aliarumque rerum, circumscrip-  
tus idere est. Ostenditur in hac bibliothec-  
ae nota, vulgo das Wahrzeichen / nim-  
padriga cum duobus equis totidemque  
omnibus, tanta exilitate, ut musca eam  
egere possit. Exterior ligaturæ pars ex-  
vagento inaurato iterum Evangelistarum  
signa & principis arma affabre elaborata  
ostendit. In medio hujus frontis quadra-  
num, Christi imaginem, quam progenui-  
na venditant, sub vitro continet. Alter  
codex quatuor evangeliorum, in forma  
quarta ut appellant, pro ratione tempo-  
rum diligenter quidem scriptus, paulo ta-  
men rudior & etiam antiquior est. Nul-  
lum quoque dubium est, passim in templis  
rurque ac in bibliothecis talia & longe pre-  
-

tiosiora latere monumenta , cum per capitularia cautum fuerit, cuique Evangeliorum exscriptionem non permittere. Sic enim e capitulari Caroli M. in comitiis Aquisgr. A. C. 789. ap. Goldast. Constit. Imp. p. 131. LXXII. ita se habet : Et si opus est Evangelium & Psalterium & Missale scribere, perfectæ ætatis homines scribant cum omni diligentia.

§. 3. Non tantum autem codices ipsos hoc modo ornabant, sed ipsas etiam cistas, in quibus illi reponebantur. Childebertus quippe inter reliquos thesauros ministeria ecclesiarum preciosissima detulit ex Hispania , ubi sororem suam Chrotildem ab Amalarici crudelitate liberaverat. Nam sexaginta calices , quindecim patenas, viginti evangeliorū capsas detulit, omnia ex auro puro ac gemmis pretiosis ornata. Gregor. Turonens. Hist. Franc. lib. 3. c. 10 in Tom. 7. bibl. PP. p. m. 577. Conf. eundem de gloria confessorum cap. 63. p. m. 943. & Anton. Dadin. Alteserram in not. in Anastasium de vitis Pont. p. 51. Rationem hujus & interioris & exterioris ornatus suppeditat Rupertus Abbas lib. 3. de div. off.

13. Codices quoque evangelici auro & argento, lapidibusque pretiosis non immerito coronantur, in quibus rutilat aurum cœlestis sapientie, nitet argentum fidelis eloquentiae, fulgent miraculorum pretiosi laudes, qua manus Christi tornatiles aurea vane hyacintis operatae sunt.

§.4. In legendō evangelio quantus fuit cultus, tum ex personæ legentis condione, tum ex variis ceremoniis in actu lectionis, Ecclesiæ Latinæ & Græcæ usitatis, colligi potest. Hodie in Ecclesia latina communiter Diaconus evangelium legit, ejus rei antiquitatem ex Clement. Const. post. l. 2. c. 61. p. m. 242. ex concilio Vati ann. 529. celebrato can. 2. ifidoro libr. de div. off. cap. 8. aliisque evincere volunt. Sozomenus certe H. E. lib. 7. c. 19. m. 735. refert, quod Archidiaconus ad Alexandrinos sacrum illum codicem legat: alibi vero diaconi. In multis autem ecclesiis, soli duntaxat presbyteri. Alicubi in præcipuis festivitatibus Episcopi legunt: ut Constantinopolitano die paschalis festivitatis. Hoc tamen peculiare est, quod notavit Carol. du

Fresne Glossar. ad scriptores mediae & infimae latinit. sub voce *evangelium*, p. 282. Imperatorem Carolum IV. Evangelium nudato ense in vigilia natalis Domini, in matutinis, Moguntiae legisse, ut est in M. Chronico Belgico p. 286. Continuator Nangii an. 1378. de eodem Carolo: *Et pour ce que de coutume l' Empereur dit la septiesme leçon à Matines , revestu des ses habits & enseignes Imperiaux, il fut avise par le gens du Roy, que ou Royaume ne le pourroit il faire , ne souffert ne lui feroit.* Berrius in Carolo VII. p. 87. de Sigismundo Imp. *Le lendemain vint l' Empereur à la Messe S. Pierre de Rome, & le Pape chanta la Messe , & l' Empereur dit l' Evangile en l' habit de Diacre.* Vetus ceremonale MS. cap. *Come on fait un Empereur: le Pape doit chanter la Messe , & le Roy de France y peut estre, & doit dire l' Epitre: en son absence , le Roy de Sicile la doit dire: l' Empereur, doit dire l' Evangile & y estre couronne Empereur à S. Pierre de Rome &c.*

§. 5. *Actus lectionis pro more diversarum ecclesiarum variis modis illustris redditur. Quibusdam enim diebus solennio-*

lennioribus instituitur evangelica proces-  
sio. Inchoatur hæc initio Prosæ à choro de-  
cantandæ, per quam significantur applau-  
sus & acclamations populorum; campa-  
næ statim pulsantur, veluti præcones  
evangelicæ veritatis. Agmen ducunt di-  
versorum ordinum ministri, affectantibus  
apparitoribus seu ecclesiæ custodibus lai-  
cis, qui turbam submoveant. In secun-  
do ordine incedunt thuriferarii candidis  
vestibus ornati, ad significandum bonum  
odorem evangelicæ doctrinæ. Deferun-  
tur deinde ardentes cerei à duobus Aco-  
lythis, ex antiquo ecclesiæ more. Fecit Leo  
III. ubi supra lectorium ex argento puris-  
simō, nec non & cero statas ex argento mun-  
dissimo, stantes juxta ipsum lectorium: &  
hoc constituit, ut dominicorum die, vel in  
sanctis solennitatibus, hinc inde juxta lec-  
torium consisterent & ad legendum sacras le-  
ctiones luminis splendore fulgerent. Ana-  
stasius in Leone III. conf. Alteserra l. c. p.  
132. seq. Quæ res olim Vigilantio, præ-  
cipue in honorem martyrum, minime  
ferenda videbatur, quod idololatriam  
quandam arguat. Hieronymus autem  
libro

libro, contra Vigilantium scripto, huic dubio respondet: *Per totas orientis ecclesias quando legendum est Evangelium, accenduntur luminaria jam sole rutilante, non utique ad fugandas tenebras, sed ad signum letitiae monstrandum.*

§. 6. Cereos statim crux sublimis delata sequitur, velut signum Christi, cuius vita & mors in Evangelio referuntur. Præcedentes ministros sequitur subdiaconus cum pulvino quem præmanibus habet, super quo evangelium à Diacono prælectum recepturus est. Postremo loco incedit Diaconus, qui sacrum codicem sumit ab altari. Deinde eundem Evangelii librum tenet utraq; manu clausum, & cum eo sistit se in plano presbiterii, ubi conversus ad celebrantem, prono capite & flexis genubus, petit ab eo benedictionem ad legendum evangelium; qua accepta surgit, statimque levans codicem in altum, procedit cum præcedentibus ministris ad ambonem. Quæ omnia missionem apostolorum, studium evangelii & originem illius cœlestem respicere dicunt. Conscenso sublimiori pulpiti loco, diaconus Evangelium lectorus se vertit ad aqui-

iquidem, per quem secundum quosdam  
populus gentium designatur, secundum  
alios vero princeps tenebrarum, contra  
quem verbum Dei dirigitur. Sed bene  
notavit Bonaventura. *liturgic. l. 2. i. b. p. 669.*  
*seq.* esse hoc contra morem antiquum,  
quo Diaconus vertebat se versus meridi-  
em, ad partem scil. virorum: hodiernam  
autem consuetudinem derivari ex missis  
privatis. Adducit eum in finem testimo-  
nium *Micrologi lib. de eccl. obseru. cap. 9.*  
Exinde Diaconus populum salutat dicens,  
*Dominus vobiscum.*. Quo audito vertit  
se Pontifex, omnis sacerdotalis gradus, sic-  
ut & omnis populus fidelis ad orientem, re-  
spondens: *Et cum spiritu tuo.* Et post-  
quam dixerit: *sequentia Evangelii*, facit  
crucis signum in fronte sua idem Diaconus  
& in pectore, similiterque episcopus  
& omnis populus. Omnes autem ad evan-  
gelii lectionem surgere & stare mos  
antiquus fuit. Anastasius Papa, teste *Ana-*  
*stasio in ejus vita* constituit, ut quoties-  
cunque sancta evangelia recitarentur, sa-  
cerdotes non federent, sed cernui vel ut  
alii legunt, curvi starent, ut illo habitu  
corpo-

corporis ad iter composito significemus,  
 nos esse paratos ad sequendum Deum,e-  
 jusque fidem evangelio testatam. Hunc  
 morem fuisse orientalis ecclesiæ testis est  
*Jo. Chrysost. de divers. utriusque Test. loc.*  
*serm. de Circo. Nicephorus Callistus lib. 14.*  
*H. c. 34.* morem ecclesiæ Alexandrinæ da-  
 mnat, in qua episcopus non surgebat,  
 cum evangelium legeretur. *Id vero, in-*  
*quit, in ulla plane ecclesia antiquitus fa-*  
*cetum esse nemo vel vidit vel audivit.* Et  
 libr. 9. c. 18. ex *Philestorgii H. E. 3. c. 5.* à  
 Theophilo, qui cognominatus est Indus,  
 multa refert, apud Indos correcta fuisse,  
 quæ non rite agebantur, præsertim quod  
 sedendo evangelium audirent contra pla-  
 citum ecclesiæ. Probat hunc ritum Ili-  
 dorus Pelusiota lib. 1. epist. 136. dicens;  
*Cum ipse verus pastor per adorandorum*  
*evangeliorum apertitionem accedit, eum de-*  
*mum episcopus assurgit, atque imitationis*  
*habitum deponit, hinc nimirum dominum*  
*ipsum pastoralis artis ducem ac Deum &*  
*berum adesse significans, conf. Lud. de la Cer-*  
*dac. 118. n. 8. p. 226.* Ut autem major  
 adhuc reverentia evangelio exhibeat,  
 varia,

varia adhuc deponunt in signum submis-  
sionis & servitutis. In Ecclesia græca e-  
piscopus omophorium (quod est genus in-  
dumenti ex lana confectum, in orbem hu-  
meros ante & retro conuestiens) deponit,  
referente Simeone Thessalonicensi de  
diystag. dum evangelium legitur, episcopus  
omophorium deponit, servitutem ac subje-  
ctionem suam erga Dominum demonstrans.  
Quoniam ille per evangelium loqui cogno-  
scitur & tanquam coram adest, ipse iunc  
monumentum incarnationis gestare non  
audet; sed ab humeris ablatum, diacono  
tradit, qui illud dextra complicatum reti-  
net: Neque illud sumit, nisi postquam sacris  
absolutis, ad communionem devenit. Ba-  
culos etiam deponebant, ob rationem,  
quam Amalarius l.3.c.18.adducit: Usque ad  
istud officium baculis sustentabamur, modo,  
ut oportet seruos ante dominum stare, bu-  
miller stamus deponentes baculos è ma-  
nibus nostris. Hugo in speculo Eccle-  
sie c.7. Honorius lib.1. Gemme c. 24.  
Durandus Rat. l. 4. c. 24. Ritum hunc  
diu mansisse in ecclesia, ex Nicolao du Plo-  
ve Presbytero Posnoniensi, qui claruit ann.

1434. in expositione missæ , videre est:  
*Cum legitur evangelium, inquit, arma vel  
 baculi deponuntur, in signum, quod juxta  
 doctrinam evangelicam parati sunt fideles  
 non armis, sed patientia se defendere. Lo-  
 co hujus, ut Bona l. c. monet, nunc mili-  
 tes religiosi & equestris ordinis viri, en-  
 manum admovent, vel educunt de vagina,  
 cum recitatur evangelium, ut eo gestu te-  
 stentur, se paratos esse pro evangelii de-  
 fensione viriliter pugnare & sanguinem  
 effundere. Commandant in Polonis hanc  
 consuetudinem Matthias de Michovia  
 Chron. Polon. l. 2. c. I. Alex. Guagvinus  
 in Miecislao rege, qui fidem Christi pri-  
 mus suscepit anno 965. & eum morem  
 introduxit, & alii qui gentis illius histori-  
 am scripserunt.*

§. 7. Perlecto evangelio, omnes ite-  
 rum cruce se signant, & diaconus codicem  
 evangelicum imponit pulvinari inter ma-  
 nus subdiaconi, qui eundem apertum epi-  
 scopo & celebranti, aliis vero clausum præ-  
 bet osculandum. Imo olim omni popu-  
 lo ad osculandum is circumferri & porrigi  
 à subdiacono solebat, in signum venera-  
 tionis

tionis & communionis cum D. Iesu Christo & doctrina ejus, ut Jonas Aurelianensis docet in præfat. lib. 2. de cultu imaginum. Per actis his omnibus conditur in loco suo. Universa hæc & plura, una cum variis mysticis significationibus legere quis potest in ordine Romano. Conf. Rupertus de div. offic. Durand. rational. div. off. Amalar. Alcuin. de div. off. Innocent. in myst. missæ. Bona l. c. Barth. Gavantus in Thesaur. sacr. rit. part. 2. tit. 6. Anton. Belloue in obs. ad ritus ecclesiæ Laudensis redivivos p. 417. seqq. Dignum tamen h. l. est monitum viri candidi, Cardinalis Bonæ l. c. p. 607. ut omnibus, hæc tabia perdite amantibus, commendetur: apparet quam verum sit quod à nobis in hoc tractatu sapius inculcatur, multa bodie pro lege haberri in his, que pertinent ad ecclesiasticas observationes, que sensim ex abusu irupserunt; quorum origine cum recentiores nōorent varias conantur congruentias & mysticas rationes invenire, ut ea sapienter instituta vulgo per vadant. Porro isti, uscite Hieronymus de origine dixit, ingenii sui ad inventiones faciunt ecclesiæ sacramenta.

H § 8 Por-

§ 8. Porro in divinationibus & sanctiorū sortibus, dum episcopi eligendi erant, inspectio Evangelii in ecclesia obtinuit, non quidem ad explorandum Dei iudicium, an quis eligendus esset ad episcopatum, sed quid de eo futurum esset in episcopatus administratione, quique ejus mores, quæ conversatio, qualisque illius finis & mors. Quam divinationem *Prognosticon* sere semper appellant scriptores. Sic in vita sancti Aniani episcopi Aurelianensis, postquam variae divinationes per brevia, Psalterium, Apostolos fuerant instituta, tandem & illa per evangelium sequebatur: *Sed & in Evangelii pagina hanc primam, repererunt sententiam: super hanc petram ædificabo ecclesiam.* His ergo virtutum insignibus in cathedra Aurelianensis ecclesia sanctus institutus est Anianus. Libellus simplex capituli Aurelian. ad Alexandrū PP. III. aperte sunt cataracte cœli ut credimus, & de cœlestibus stillat indignatio, & apostolice manus fortitudinem induantur, ut denudetur iniquitatis fundamentum usque ad collum & finem iniquitatis sortiatur, quem in die sue promotionis sermo divinus ei prognosticus

gnostica significatione proposuit: aperto enim, sicut moris est, evangeliorum libro, sermo qui primus occurrit, sic erat: Adolescens autem relicta syndone nudus profugit ab eis: Gvil. Malmesbur. lib. 1. de Pontif. Anglic. p. 214. de Lanfranco: Ajunt ejus prognosticon: date eleemosynam & ecce omnia munda sunt vobis: Quo ille ab acclamantibus bilari vultu ad Dominum direxit: Certemus ergo mutua vicissitudine, tu dando, ego disperriendo &c. Idem Malmesquriensis p. 219. & Matth. Paris. ann. 1093. de Anselmo: Inter sacramentum pro ritu ecclesie, codex evangelii ab episcopis super eum apertus tenebatur. Consecratione autem peracta, cum codex inspiceretur, in pagina summitate hæc sententia est reperta: Vocabit multos & misit servum suum & cœperunt se excusare. Historia episcoporum Autisiod. c. 54. de Hugone Episcopo: Cujus quoddam presagium fuit prognosticum ei divinitus destinatum, quod tale fuit: Ave Maria gratia plena: Guibertus lib. 2. de vita sua cap. 3. de se in Abbatem Novigenti electo: Cum obviam mibi prædere pararent, textum evangelii ex indu-

stria super altare bac intentione aperuit,  
 ut quod capitulum oculis primum occurre-  
 ret, pro mei auspicio haberet. Mox. Aperuit  
 ergo librum, cui juxta morem extrinsecus  
 labra depressoam &c. Et lib. 3. c. 14. de  
 electione episcopi Landunensis: Quoad  
 consecrationem exhibito cum prognosticon  
 ejus aucepit parentur, vacuam repererunt pa-  
 ginam. De alio Episcopo mox. Chirs.  
 men in prognostico suo evangelicum capitu-  
 lum dure sonuit. Tuam scil. ipsius animam  
 pertransibit gladius. Egidius Mon. Aurea  
 vallis cap. 64. de Alberto Episcopo Leod.  
 Cum autem à duobus episcopis ante evan-  
 gelium misse, sicut sancti Patres sanxerunt,  
 ordinandus in episcopum Archiepiscopo pre-  
 sentaretur, Archiepiscopus librum, qui ei  
 erat oblatus, aperiens, in prima parte libri  
 legit. Misit Herodes Rex & tenuit Ioan-  
 nem & vinxit eum in carcerem. Et postea  
 sequitur: & decolavit eum in carcere. Sta-  
 tim Archiepiscopus fremens in semetipso fi-  
 ritu contrito, quasi lacrymando intuens in  
 eum dixit: Fili, accedens ad servitutem  
 Dei, sta in iustitia & timore & prepara a-  
 nimam tuam ad tentationem, tu enim  
 mafijr

nartyres futurus. Male hoc sortilegii genus cecidit Metropolitano Chersonesi Cyzzeno Patriarchæ Græco, sacris infulis induito, de quo in histor. Concil. Florent. Sylvest. Sgyropulus sect. 12. c. 4. cum sacra (scribit) evangelia manibus Patriarchæ sibi tradita prebensaret, & casu librum aperiret, ut occurrente a forenico versiculum pro more legeret, projectit in hac verba: si cæcus cæcum ducat, amba in foveam cadunt: Hac observabant nonnulli, & in non minus durum omen traherent. Non duntaxat autem in episcoporum electionibus, sed etiam in Canonicorum receptionibus id obseruatum fuit. Extat quippe forma recipiendi Canonicum in ecclesia Bononiensi in Morinis, apud V.cl. Jac. Petitum post Pœnitentiale Theodori p. 492. in qua hæc habentur: *Decanus, vel eo absente Praesidens, promissa legens, indutus stola, aspergit aquam benedictam super Canonicum, receptum, & à singulis secundum ordinem adiutetur ad pacis osculum: Deinde aperito codice evangelico capite primi folii, quæ scripta reperit, & verba adnotantur ad memoriam sue receptionis &c.* Et hæc debemus

du Fresne Glossar. med. & inf. lat. p. 906. seq. Idem autor putat his forsitan addendum esse Brunonis Signiensis Episcopi lib. de vestimentis episcoporum judicium de hisce sanctorum sortibus, in cap. Curiant prognostica in consecratione episcopi: Non ad sortes inquirendas, ut stulti opinantur, evangeliorum liber ejus, qui consecratur, humeris imponitur; sed ut per hoc intelligat, cui labori & oneri subjiciatur, & pondus evangelicæ prædications eum circumquaque ferre non pigeat. Nisi potius dixeris, evangelii impositionem in hoc exemplo non tam divinationem quam ad ordinationem sive consecrationem spectare, quia *χειροτονία* Apostolicæ successu temporis impositio evangeliorum accessit. Conf. M A. de Dom. l. 2. c. 253. Ssic. Thes. eccl. T. 1. p. 1227.

§ 9. Transiit quoque hoc divinationis genus ad res personasque seculares, quæ ex evangeliorum libro in locis sacris sanctorum sortes petierunt vel sumserunt. Gregorius Turonensis H. F. l. 4. c. 16. p. m. 598. de Tetrico Episcopo refert, quod positis clerici tribus libris super altarium, id est, Prophetiarum, Apostoli, atque Evangeliorum

lorum oraverint ad Dominum , ut Chramno quid eveniret , ostenderet ; aut si ei felicitas succederet , aut certe si regnare posset , divina potentia declararet . Recenset postea , quid in prophetarum & Apostoli libro invenerint , & per evangelium Dominum respondisse : Qui non audit verba mea , ad similitudinem viro stulto , qui ædificavit domum suam super arenam : descendit pluvia , advenerunt flumina , flaverunt venti & irruerunt in domum illam & cecidit , & facta est ruina ejus magna . Idem lib . 5 . c . 14 . p . 625 . narrat Meroveum , postquam de his , quæ ei contingere possint , Pythonissam consuluisset , ejus non credens vaticinationi , super B . Martini sepulchrum tres libros posuit , id est , Psalterii , Regum , Evangeliorum . Post hæc continuato triduo in jejuniis , vigiliis atque orationibus , ad tumulum iterum accedens , revolvit libros . Et in evangeliis hoc est repertum : Scitis quia post biduum pascha fiet , & filius hominis tradetur , ut crucifigatur . Lib . 8 . c . 4 . p . 769 . Guntchramnus in convvio , quo episcopos exceperat , de filio suo Childeberto narrat sequentia : In die san-

„*Et Paschæ stante fratre meo Sygibero*  
 „*in ecclesia, procedente diacono cum san-*  
 „*cto evangeliorum libro, nuncius regi*  
 „*advenit, unaque vox fuit pronuntiantis*  
 „*lectionem evangelicam, ac nuncii di-*  
 „*centis : Filius natus est tibi : unde fa-*  
 „*cium est, ut omnis populos in utraque*  
 „*annunciatione proclamaret patiter :*  
 „*Gloria Deo omnipotenti. Heraclius, teste*  
 Cedreno, gestis feliciter in Perside rebus,  
 cum de hybernis militum animo fluctua-  
 ret, postlustratum triduo exercitum, ev-  
 angelii codice aperto, invenit sibi manda-  
 ri, ut in Albania hyemaret. Conf. Edonius  
 Neubus sacr. fatidic. l.3.c.9.329. seq. Hic  
 autem consulendi modus nec Patribus  
 nec Conciliis placuit. Augustinus enim  
 epist. 119. ad Januarium c. 20. inquit: Hi ve-  
 ro, qui de paginis evangelicis fortes legunt,  
 et si operandum est, ut hoc potius faciant,  
 quam ut ad Demonia consulenda concur-  
 rant; tamen etiam ista mibi displices con-  
 suetudo, ad negotia secularia, & ad vita bu-  
 jas vanitatem propter aliam vitam loquen-  
 tia oracula divina velle convertere. Et  
 Agathense Concilium sub Symmacho Papa  
 ann.

ann. C. 506. can. 42. rem aversatur. Ac ne forte assiduus videatur omissum, quod maxime fidem catholicę religionis infestat, quod aliquanti clerici, sive laici student auguriis, & sub nomine fictae religionis per eas, quas sanctorum sortes vocant, divinationis scientiam profitentur, aut quarumcunque scripturarum inspectione futura promittunt ; Gratianus repetit idem caus. 26. quest. 5. c. 6. & alii, quos vide apud Sherlog. Antiquit. bebr. l. 1. diff. 4. sect. 10. p. 150. sequ. Aliter autem judicare necessum habemus, ubi forte altiori iussu ad inspectionem S. codicis deducimus, quale quid Augustinus, l. 8. Confess. c. 12. T. 1. p. m. 34. D. E. sibi accidisse memorat : dum dubius animus erat, uxori amne vitam, an cœlebem ageret. Dicbam hæc & flebem amarissima contritione cordis mei. Et ecce audio vocem „ de vicina domo cum cantu dicentis, & „ crebro repetentis quasi pueri an puellæ, nescio : Tolle, lege, tolle lege : Statimque „ mutato vultu intentissimus cogitare cœ- „ pi, utrum nam solerent pueri in aliquo „ genere ludendi cantare tale quid, nec oc-

H 5 curre-

„currebat omnino audivisse me uspiam.  
 „Repressoque impetu lachrymarum sur-  
 „rexi, nihil aliud interpretans divinitus  
 „mihi juberi, nisi ut aperirem codicem &  
 „legerem, quod primum caput invenis-  
 „sem. Audieram enim de Antonio, qui  
 „ex evangelica lectione, cui forte superve-  
 „nerat, admonitus fuerit tanquam sibi di-  
 „ceretur, quod legebatur: Vade vende  
 „omnia quæ habes & da pauperibus & ha-  
 „bebis thesaurum in cœlis, & veni seque-  
 „re me. Itaq; arripuit codicem, aperuit, &  
 legit in silentio capitulum, quo primum  
 conjecti sunt oculi: Rom. 13. *Non in com-  
 messationibus &c.* Quod cum ostende-  
 ret Alipio, hic ultra quam Augustinus  
 legebat sequentia: *Infirmum autem  
 in fide assamite:* quod ille ad se retulit: An  
 huic exemplo simile sit Francisci, quod  
 narrat Bonaventura in vita illius c. 31, illi  
 judicent, quibus vita Francisci paulo pe-  
 nitius constat. Sic autem se habet: Im-  
 pressum est igitur menti ejus per divinum  
 oraculum, quod in apertione libri evan-  
 gelici revelaretur ei a Christo, quod Deo  
 in ipso & de ipso maxime foret acceptum;

oratione itaque cum multa devotione  
præmissa, sacrum evangeliorum librum  
de altari sumtum, in sacro Trinitatis no-  
mine aperiri fecit per socium, virum uti-  
que Deo devotum & sanctum ; sane cum  
in libri apertione semper Domini passio  
occurreret, intellexit vir sanctus &c.

§. 10. *In purgatione à crimine tum Episcopi tum alii per evangelia jurabant.* Tenor hujus purgationis exhibetur can.  
quoties. 2. qv. §. *Purgationis tenor erit*  
*hujus modi.* Idem episcopus super san-  
cta evangelia primum jurabit, quod pro  
ecclesia S. Petri de Pado Presbytero Paulo  
danda, neque ipse per se, neque per sub-  
missam personam, neque alias pro eo, se-  
ciente, precium acceperit. Deinde ve-  
ro purgatores super sancta Dei evangelia  
jurabunt, quod sicut ipsis credunt, verum  
juravit. Et can. *omnibus.* Qualiter sacer-  
dos se purgare debeat : Ipse ergo sacerdos  
si suspiciosus, aut incredibilis suo episcopo  
aut reliquis suis consacerdotibus sive bonis  
& justis de suo populo, vel de sua plebe  
hominibus fuerit, ne in crimine, aut in-  
prædicta suspitione remaneat, cum tribus  
aut

aut quinque vel septem bonis, ac viciniis  
sacerdotibus, exemplo Leonis Papæ ( qui  
duodecim episcopos in sua purgatione  
habuit ) vel eo amplius, si suo episcopo ri-  
sum fuerit, aut necesse propter tumultum  
populi inesse perspicerit, & cum aliis bo-  
nis & justis hominibus se sacramento co-  
ram populo super quatuor evangelia dato,  
purgatum ecclesia reddat. Exemplum  
habemus, in Pelagio , qui tenens evange-  
lia & crucem Domini super caput suum,  
in ambonem ascendens, satisfecit cuncto  
populo & plebi , quia nullum malum per-  
egisset contra Vigilium , ut Anastasius re-  
fert in vita Pelagii . conf. Alleserra l.c. p. 57.  
Non tantum autem id episcopis & sacer-  
dotibus, sed etiam testibus, qui eos accu-  
sare volebant, injungebatur. can. nullam  
damnationem. 2. qu. 6. Nullam damna-  
tionem episcoporum unquam esse sensi-  
mus, nisi aut ante legitimum numerum  
episcoporum ( qui fit per duodecim epí-  
scopos ) aut certe probata sententia per  
LXXII. testes idoneos, qui tales sint, qui &  
accusare possint. Et prius ad sacra Christi  
quatuor evangelia sacramenta præsentent,

quod

quod nihil falsum depromant. Sicut nobis  
beatus Sylvester tradidit, & Romana san-  
cta videtur tenere ecclesia.

§. II. *In supplicationibus & processioni-  
bus evangeliorum liber quoque circum-  
ferri solebat.* Quemadmodum enim in  
arca sanctuarii Mosaici, reconditæ erant  
divinæ legis tabulæ, atque ex circumfere-  
bantur simul cum arca in publicis ejus  
deductionibus. Ita ex vetere Ecclesiæ  
instituto liber evangelii religiose defertur  
subdiacono tam in Litanis majoribus,  
quam feria tertia Rogationum, juxta mo-  
rem antiquum orientalis Ecclesiæ, in qua  
codex Evangeliorum vocatur liber Dei-  
ficus, quem in supplicationibus & proces-  
sionibus gestat praefectus evangelio. Co-  
din. de offic. Const. c. i. Et Gretser in  
Codin. Præter has olim instituebantur  
processiones in confirmationem donatio-  
rum Ecclesiis factarum, in quibus ad ma-  
jorem solennitatem & donationis robur,  
Rex, qui donaverat, evangeliorum librum  
in dorso portavit. Sic referente Carolo  
de Fresnel. c. p. 238. Tabularium ecclie  
Landavensis in monast. Angl. Tom. 3.

p. 192. sequentia habet: Et Rex circum-  
ens totum territorium & portans evange-  
lium in dorso, cum clericis ferentibus cru-  
ces manibus & aspersa aqua benedicta simul  
cum pulvere pavimenti Ecclesie & sepul-  
cbri, in omnibus finibus perambulavit per  
totum, facta maledictione & excommuni-  
catione ab omnibus uno ore, illis specialiter,  
quicunque locum istum cum suo territorio,  
& finivus istis subscriptis, ab Ecclesia Lan-  
davia & a pastoribus illius in aeternum se-  
paraverit: data autem benedictione ser-  
vaturis in pace. Porro Episcopo ad Eccle-  
siam accedenti, solenni processione evan-  
gelium offerebatur. Ekkard. Junior de Ca-  
ribus M. Sancti Galli cap. i. Parat illi-  
co basilicam & aram, parat tapetes, & pal-  
lia dorsili caminatam, evangelio Episcopum,  
aliquos, qui aderant, Presbyteros recipere  
jubet. Et infra: Post non multum quoque  
temporis, accidit Petrum etiam Veronen-  
sem Episcopum a palatio redeuntem simili  
loci gratia inopinatum venire: fratres  
autem suscipientes illum, quod melius qui-  
dem babebant, evangelium ei offerebant.  
Idem cap. g. Ad recipiendum enim epi-  
scopum

scopum cum Evangelio, etiam si frater conscripus non fuerit, & quum esse ut pariter occurrant, omnes concordant. Suscipitur episcopus, Victor Evangelium obtulit ipse, quod ubi ille osculatur, Victor revertitur. Imo si hostis quoque alicui Ecclesiae imminebat, ad placandum illum evangeliis obviam ibant. Totilas Gothorum Rex A.C. 547. emensō totius urbis ( Romæ ) spatio, cum in Vaticanum ad B. Petri limia pervenisset, Pelagius diaconus Ecclesiae Romanæ ( nomine Vigilii Papæ ) præsentiam ejus formidans, solenni religionis habitu inducus, evangelia Christi tenens a manibus, ac genua submittens : Parce, dicit, Rex supplicibus tuis, Aretinus lib. 3. de bello Gotbico.

§. 12. Locum, quo Evangeliorum liber respondi solebat, in Ecclesia si querimus, non unum fuisse cum observare licebit. In Ecclesia Græcorum, uti refert Evchologium, in medio altaris perpetuo evangelium incumbit & Christum regem throno insidentem manifestat, quem sacerdos etiam veneratur. In Ecclesia latina remanserit evangelium in altari ab initio officii, usque

usque dum à ministro assumatur ad legendum. Vid. *Amalarius de off. eccles. cap. 5.* *Hug. Victorin. specul. eccl. cap. 7.* Et quemadmodum concilia interdum in templis olim habebantur, sic vel in throno vel in altari vel in utroque loco evangelium tanquam præses concilii ponebatur, testan- tibus id ipsum conciliorum actis. De Sy- nodo Ephesina testatur *Cyrillus Alexandrinus*, dum ait in *Apologia: Sancta Syno- dus in Sancta Ecclesia, quæ Mariana voca- tur, congregata est: Christumque asse- rem capitis loco adjunxit. Venerandum enim evangelium in sancto throno colloca- vit, tanquam non in aures sacerdotum clamans: Justum judicium judge. Non dissimilis fuit Concilii Chalcedonensis confessus. Imperator cum Pulcheria, Au- gusta, Magistratibus, Senatoribus & Judi- cibus cognitoribus, sedem habuit ante can- cellos. Ex patribus concilii inter apsidem & cancellos constitutis, legati sedis aposto- lice, & post eos *Anatolius Constantinopoli- tanus Antiochenus*, aliquique deinceps Episco- pi sederunt à levaparte: *Dioscorus autem Alexandrinus & post eum Juvenalis Hiero-**

*supra*

*rosoly-*

resolymitanus, aliique à dextra: in medio psorum super chronum sacro sancta Evangelia collocata fuere: Baron. ann. 451. num. 68. Similia leguntur apud eundem ann. 680. num. 42. de Concilio Constantino-politano sub Agathone his verbis: *Sessio intem ita disposita est, sicut & in Concilio Chalcedonensi, nempe, ut digniori loco, à sis-tris scil. federent Apostolice sedis legati ut Cardinalis quidem arbitratur*) à de-utris V. Constantinopolitanus Episcopus; nec non Antiochenus: atque legatus sedis alexandrine &c. Eminentiori loco Con-stantinus Imperator cum suis magistratibus positus erat, locus vero medius Synodi ex mo-re datus sacro sanctis evangelis super se-lem ornatam positis, Christum ipsum repre-sentantibus. In concilio Florentino, con-tat utrumque fuisse factum, ut evangeli-am videlicet fuerit in throno & in altari collocatum. Binus namq; tom. 4 Concil. part. I. dum loquitur de ingressu Patriarchę in urbem, ante sacrum altare dicit evan-gelium fuisse aureo velamento superpo-sum. Ceterum in medio templi, atque inter duos cleros, ante sacrum altare soli-

um pulcherrimum posuere, per quam ornatum apparatumque aureo velamento, in quo sedet judex magnus & justus Dominus noster Jesus Christus, hoc est sanctum Evangelium, appositis binc inde Apostolorum Petri & Pauli capitibus, cereisque ante illa accessis. At in sessione præfati Concilii: super altare, inquit, propositus erat sancti Evangelii liber apertus, medius inter capitula ibicas SS. apostolorum Petri & Pauli, cœreis utrinque tribus appositis.

§. 13. Tandem etiam in sepulchris evangelia fuerunt deposita, ceu id exemplo Barnabæ, cuius reliquæ sub Zenone fuerunt inventæ, ex antiquitate ostendi potest, præeunte Theodoro Lectore H.E. lib. 2. p. m. 557. seq. Βαρνάβᾳ τῷ Διοσίλᾳ λειψανον δέεθη ὃ κυπριανὸν δέδεγε κιόσπιαν, ἔχον ἀπὸ σῆθυς τὸ κατὰ μαρθανιανὸν εὐαγγελιον, ἰδιόγερφον τὸ βαρναβαῖον τὸ ἐπιστολὴν αποστολὴν τὸ παλαιῶν, τῷ αὐλῷ τοῦ Φάνω. Barnabe apostoli reliquie in Cypro sub arbore siliqua reperte sunt: super cuius pectore erat Evangelium Matthei, ipsius Barnabæ manu descriptum. Id evangelium Zeno depositit in palatio in æde S. Stephani. Baronius ad ann. 485. n. 4.

notar.

dotat, S. Matthæi evangelium, quo potissimum Christi vera humanitas comprobatur, in opprobrium Eutychianæ hæresis iunc grassantis apparuit, certis signis, miraculorum virtute veluti digito, ubi catholica fides esset, edocens. Postea prolixam integrum historiam, ab egregio viro illius temporis Alexandro monacho orthodoxo scriptam, refert, ex qua sequentia, scopo nostro inservientia habeto. Barnabas in tertia apparitione Episcopo Salaminæ urbis Anthemio dixit se, esse Barnabam. Hujus rei signum hoc habeas: Egredere extra urbem occidentem versus & sub arbore siliqua effodias. Speluncam enim atque arcam invenies: quoniam illic totum corpus meum conditum est, & evangelium propria manu scriptum, quod à S. Apostolo & evangelista Matthæo excepti. Episcopus exiit in eum locum cum toto clero & populo, & postquam paulum fodissent, invenerunt speluncam lapidibus obstructam. Illis autem sublati, apparuit arca illa: qua detecta, invenerunt venerandas sancti Apostoli Barnabæ reliquias & evangelium super Barnabæ pectus impositum. — Hæc

cum Imperator audivisset, episcopum rogavit, ut celeriter evangelium illud, quod inventum est, adferatur in urbeni Constantinopolim. Erant autem libri tabellici thyenis lignis compositæ. Allatum evangelium Imperator in manus sumpsit & osculatus est, auroque multo exornatum in palatio suo reposuit, ubi servabatur & in magna quinta Paschæ feria, quot annis in palatii oratorio evangelium ex eo libro recitabatur. In Caroli M. sepulcrho Aquisgranni similiter repositum fuit evangelium, ut refert Monachus Egolismensis S. Eparchi in vita Cat. M. c. 24. Corpus ejus armatizatum est, & in sede aurea sedens repositum est; in curvatura sepulcri euse auro accinctus, evangelium aureum tenuis in manibus, & genibus reclinatis in cathedra, capite honeste erecto, ligato aurea catena addiadema. Et in diadema lignum s. crucis positum est &c. Id quod eum in finem factum putamus, partim ut haberent illud quasi pignus cœlestis resurrectionis in evangelio promissæ, partim quia præcipue in splendidis familiis Regum & Principum moris fuit, omnis generis pretiosa,

inter

inter quæ apud Christianos evangelia omnino numerari possunt, in sepulchris reponere, prout id Jo. Jac. Chisletius in *Anastasi Childerici l. s. et besauro sepulchrali cap. 3. p. 50. seqq.* variis exemplis ostendit, imo quæ in monumento Childerici fuerunt, per sequentia capita eruditio commentario illustrat.

## II. CULTUS EVANGELIORUM IN FORO.

### §. I.

*In juramentis praestandis formula fuit, jurare per adjutorium Dei & sancta ejus Evangelia, in quibus Deus quasi praesens cognoscetatur.* Vid. Jac. Ebertus in *Historia juramentorum pag. 47. seqq.* *Tibi Domine dist. 63. Clem. 1. de iurejur.* Exemplum instar omnium sit in electione Regis Romanorum in Cæsarem promovendi. Ecclesiastici Electores coram Evangelio B. Joannis (in principio erat verbum) quod illic ante ipsos poni debet, manus suas pectori cum reverentia supponunt. Seculares vero ipsum Evangelium corporaliter manibus suis tangunt, qui omnes cum

tota sua familia tunc ibi debebunt inermes assistere, prout A. B. prescribit cum iuramenti formula: *Ego N. juro ad hæc S. Dei Evangelia, hic presentialiter coram me posita, quod ego per fidem, qua Deo & S.R.I sum adstrictus &c.* Hic putant quidam Episcopos non necessum habere ipsa evagelia tangere, sed sufficere, ut coram illis ponatur, laicum autem teneri Evangelia tangere, licet sit Princeps; quod quam conveniens sit antiquitati ecclesiasticae, vel supra adducta exempla monstrare possunt. De eo autem aliqui solliciti sunt, an ad S. Evangelia jurare liceat? cum per Deum, non per ullam creaturam jurandum sit. Concedunt tamen, tactu sacri codicis jurari posse, sed non per eum vel per evangelium. Hinc alii dicunt anno 1562. Francofurti Electores evangelicos istam formulam omisisse & hanc substituisse: *Ita me Deus & sanctum ejus evangelium.* Sed nec hæc formula Wesenbecio videtur esse admittenda, cum in eodem vitio herreat, nisi intelligatur de verbo personæ, cuius principium Evangelii S. Joannis mentionem facit. *Quod tamen* *alios non movet, cum evan-*

evangelium, tanquam medium salutis æternæ, recte conjungi possit cum Deo, tanquam causa principali. Accedit, quod in Transactione Passaviensi à nostratibus sit admissa, & hodie ab omnibus admittatur. De quo videri possunt illi, qui ad A. B. commentati sunt. Olim præterea moris erat, ut juraruri reverentiae causa manus non imponerent Evangelio nisi lotas. Ambros. in Psalm. 61. *Juravit ne pejeraret, lavit manus, cum evangelium tangeret, ne quid deesset exemplo.* Chrysost. hom. 7. ad Antiochenos: καὶ εἰ μὴ εὐαγγέλιον καταχάν δοη, τὰς χεῖρας δοπονθάλψας, μεταπολλῆς τῆς αἰσθήσεως, ἵνα τῆς ἐυλαβείας περιτίων, ἵνα δεδοκινῶς κατέχεις. Et si evangelium, quidem capere oporteat, manibus lotis & cum multa reverentia & religione, tremens & timens sumis. De antiquitate hujus moris plura vide apud J. Casp. Suicerum, thesaur. eccles. p. 1225. seq.

§. 2. Porro quemadmodum supra notatum fuit, hostibus Ecclesiæ alicui imminentibus, obviam delatum fuisse librum evangeliorum; sic quoque quando in civitate seditio forte orta fuit, vel quocun-

que inter partes aliquas dissidium, quo  
ferro saevitum fuit, Episcopus sacerdotes  
misit cum evangeliis, ut horum intuitu,  
tanquam in Christi capitis præsentia, cuius  
membra omnes esse debemus, fluctus ira-  
rum componerent. Cum post excessum  
Justiniani à Philippico Imperatore hæreti-  
co, Petro euidam Ducatus urbis Romæ da-  
refur, populus autem Romanus eum susci-  
pere nolle, factum est, dum Christophorus,  
qui erat dux, ob banc causam cum Agathone  
Et suis hominibus concertarent, bellum civile  
exortum est, ita ut in via sacra ante pala-  
tium se se committerent, Et ex utrisq; parti-  
bus amplius quam viginti quinque plaga-  
rentur, aequi interirent, donec Pontifex  
mitteret sacerdotes cum evangeliis Et cru-  
cibus Domini, sicque partes sedarentur. A-  
nastasius in Constantino p. m. 94.

S. 3. Si forte incendium magnum in  
urbe quadam extitit, flamma videbatur re-  
primi, quam primum evangeliorum liber  
obviam ferebatur vel tenebatur. Επικε-  
ρσος οὐ γέπο τῷ χρόνῳ μέγας ἐγένετο, καὶ Φιλ-  
ίας ἕως τῇ Αποστολῇ θαυμαῖς Τῶν σωτηρίς Μαρ-  
κιανοῖς ἢ αἱ οἰκογονίᾳ Θεοῦ αἰσθάνεις κερδίας  
τῆς

νις αγιας αναστασιας· κατίχω· οὐαγγελία,  
ιύχαις καὶ δακρυτὶ τὸν οἶκον αἰπαθῆ διεθύ-  
λαζε. His temporibus magnum extitit in-  
cendium usque ad Ecclesiam sancti Thome  
apostoli, quæ Amantii dicitur, peruenit Mar-  
cianus vero aconomus cum in tectum ecclie-  
sis S. Anastasiae consendiisset, evangeliorum  
codicem manu gestans, precibus & lacry-  
mis adem illesam servavit. Theodor. Le-  
ctor H. E. lib. i. p. 555. Cum Arverna ci-  
vitas maximo incendio cremaretur & hoc  
sanctus (Gallus Episcopus) comperisset,  
ingressus Ecclesiam, diutissime dominum  
ante sanctorum altare cum lachrymis exo-  
ravit. Surgensque evangeliis compre-  
hensis, apertisque in obviam se igni obtu-  
lit: quo obtemperante protinus ad aspe-  
ctum ejus ita omne incendium est extin-  
ctum, ut nec favillæ quidem in eo igne re-  
mansissent. Gregor. Turon. de SS. Patrum,  
vita c. 3. p. m. 1831. bibl. PP. tom. VII. Ve-  
rum hæc & similia non tam libro evange-  
liorum, quam precibus sanctorum viro-  
rum ardentissimis tribuenda esse  
videntur.

### III. CULTUS EVANGELI- ORUM IN DOMO.

#### §. I.

Publice non duntaxat sed & privatim  
 cultus evangeliorum tantus s̄epe fuit, ut  
 in superstitionem degeneraverit. Solebant  
 enim in curationibus febrium, pestis alio-  
 rumque morborum illa adhibere. Addu-  
 cunt eum in finem Pontificii communiter  
*Augustinum* in cap. I. Joh. tract. 7. tom. a.  
 Cum caput tibi dolet, laudamus si evangelium  
 ad caput tibi posueris & non ad ligatu-  
 ram cucurreris. Ad hoc enim perducta est  
 infirmitas hominum, & ita plangendi sunt  
 homines, qui currunt ad ligaturas, ut gaude-  
 amus quando videmus hominem in lecto suo  
 constitutum jactari febribus & doloribus,  
 nec alicubi spem posuisse, nisi ut *Evangelium*  
 sibi ad caput poneret, non quia ad hoc fa-  
 ctum est, sed quia pralatum est *Evangelium*  
 ligaturis. Si ergo ad caput ponitur, ut qui-  
 escat dolor capitinis, ad cor ponitur ut sanetur  
 a peccatis? Sed ex hoc loco Pontificii,  
 nullum robur superstitioni conciliabunt,  
 cum ipsa verba monstrent, *Augustinum*

sactum hoc simpliciter non probare, sed in oppositione ad majus malum, prout sa-  
pe minora mala rationem bonitatis acqui-  
sunt, non absolutam sed respectivam. Ut  
adeo Augustinus nec ligaturas, nec evan-  
gelii applicationem in se probet, sed *quia*  
*prælatum est evangelium ligaturis*, urgens  
contra hominem *evangelii receptionem*  
*in cor*. Obtinuit tamen postea in Eccle-  
sia mos hic non probandus, ut ad sanitatem  
infirmis recuperandam inter *evangelio-*  
*rum partes præcipue initium evangelii S.*  
*Joannis ægris imponerent*, vel super illos  
legerent. Id quod indicant verba Cæsarii  
lib. 5. c. 44. ap. Novar. Schediasm. lib. 1.  
n. 163. *Epsam (sororem) sicut mibi retu-*  
*lit beatæ memorie domina Elizabet ejus-*  
*dem Abbatissæ sororis in lecto suo ponentes*,  
*& principium evangelii S. Joannis super e-*  
*am legentes mane regyratum invenerunt*.  
Chuchbertus signifer quidam gentis no-  
stræ in lege domini, *evangelium Joannis*  
super imponebat infirmis & curabantur,  
referente Saresberiensi apud Novar. Sched.  
lib. 1. n. 64. Similiter excusat *lævua-*  
*legiarum* per *initium evangelii Joannis*, Jo-

Wal-

Walterius Viringus Archiater Lovanensis, in præfat. Molani diario Medicorum præfixa p. 17. ap. Voet. P. III. dispp. select. p. 115. Gaspard Barzius, Gœse Zelandorum ortus è societate Jesu, insignis in India vineæ domini colenda artifex, evangelio D. Joannis in scedula scripto & pectori apposito & pestem & febres percuravit, qua remedia non sunt temere usurpanda. Rituale Ecclesiæ Laudunensis vult, ut super mulieres post partum, pro loci consuetudine benedicendas, evangelium B. Joannis legeretur Bellotte l.c. p. 254. Sexcenta alia sunt, ad quæ evangelio hoc utuntur vel potius abutuntur. Vid. Luth. Tom. 2. Isleb. p. 431. f. 2. Unum addam, quod in energemate ac maleficio magno diablico adhibeant vel legendo, vel collo obsecorum suspendendo. Hinc remedium hoc inter alia sacramentalia suggeritur à Sprengero in malleo maleficarum p. 2. q. 2. c. 7. p. 299. Exorcista, inquit, procedere potest per orationes, & si legere novit scripturas, legat evangelia quatuor prima evangelistarum: item Evangelium: Missus est Angelus; & passionem Domini, que omnia magna

magnam habent virtutem ad expulsionem  
operum diaboli. Item evangelium S. Jo-  
annis: In principio erat verbum, scribatur  
Et ad colum infirmi suspendatur, Et sic  
gratia sanitatis expectetur. Idem inter  
duodecim remedia numeratur à Mart.  
Delrio lib. 6. disq. mag. c. 2. sect. 3. q. 3.  
p. 1021. Unde colligere est, addit Voeti-  
us l. c. p. 1098. quid voluerit sibi consue-  
tudo in confraternitate dulcis Dominæ,  
hoc est, Mariæ Sylvæ Ducensis, quod ad in-  
gressum ejus fratres legerent initium Ev-  
angelii Joannis; qui alias cum alijs quibus-  
cunque Laicis à scripturarum lectione  
more & modo Papali arcebantur.

§. 2. Morem hunc moralistæ multi  
non improbant, sed potius tanquam pium  
commendant. *Jac. Marchant. Hort. Past.*  
*Tract. 3. de charitate p. 477.* Pium hoc  
est, inquit, Et cum reverentia fieri potest  
Et cum spes aliqua de auxilio divino obtinen-  
do propter illa: Quod ergo dicit Apostolus  
(Roma. I. 16.) evangelium virtus est in sa-  
lutem omne credenti, intelligi potest, non  
solum quia sit virtus Et causa instrumen-  
ti salutis Et vite futura; sed etiam quia  
causa

*causa sit salutis corporalis pie suscep*tum* & delatum à fidelibus. Ut enim ait D. Thom. (2.2.q. 96.a. 4.3.) non minoris efficac*iae* est verbum Dei scriptum, quam reliquiae sanctorum; sed illis utimur ad salutem; ergo etiam uti licet verbo Dei scripto. Sed pseudhermenia loci Paulini est contra mentem & contextum Pauli, contra intentionem B. Joannis, cuius evangelio abutuntur; utpote qui evangelium suum (Joh. 20.31.) scriptum dicit, ut credamus, Jesum esse Christum, filii Dei, & ut per fidem habeamus vitam in nomine eius. Thomam quod concernit, ipse ad art. cit. concludit: *Verba divina ad collum suspendere, nisi aliquid falsitatis vel dubii contineant, non illicitum omnino est, quamquam laudabilius esset ab his abstinere.* Dein ad rationem dicimus, falsum per se; falsum probari; cum falsum sit, licitum esse portare reliquias ex fiducia Dei & sanctorum, quorum sunt reliquiae, ut loquitur Thomas; adversatur enim multis modis unicæ credendorum regulæ. Sunt alii, qui hujus rei antiquitatem in ecclesia urgent, inter quos Jesuita Bonartius in-*

comm.

comm. ad Esther. c. 8. v. 8. dicit, ab ipsis apostolorum & nostra religionis parentum temporibus usitatum fuisse, pro amuleto evangelium ad collum suspendere. Et paulo ante priscis temporibus evangelium velut Palladium quoddam, & apotropaum in mediis flammis adversq; novam habebatur. Sed primo Delrio jam observavit canones non liceat 26. q. 5. non observetis 26. q. 7. non permettere orationes alias inscribi periaptis, praeter orationem dominicam & symbolum, sed usu catholico, id ad evangelium B. Joannis & alias scripturæ partes extensum esse, cum par in iis ratio procedat, nempe devotione ferentis & verborum sanctitas. Non ergo secundum canones antiquitas ratione evangelii obtineri potest. Si autem urgent patrum dicta & primitivæ ecclesiæ exempla, tunc hæc partim superstitionem sapiunt, partim ob fiduciæ confessionem, recordationem doctrinæ perpetuam, aliasque rationes non contemnendas commendari possunt; illa autem longe aliud volunt.

§. 3. Baronius ad ann. 232. n. 13. scribit, quod de S. Cæcilia in actis legatur, consuevis-

sveuisse evangelium Christi gestare in pectore; & si fidem præstemus S. Andreæ Apostoli actis (recte dubitat Cardinalis) etiam apostolorum temporibus id usurpatum, de quo & nos dubitamus: vel si factum, non nisi memorizæ causa id fecerunt, vel ut quidam putant, eo tempore, quo Ariani ecclesiam afflixerunt, hoc evangelium secum detulerunt in testimonium fidei catholicæ & odium hæreseos illius virulentæ; vel ex superstitione, aut etiam jactatione peculiaris sanctitatis gestarunt. Hieronymus ad Matth. c. 23. fol. 33. E. *Pistariola illa decalogi, pbylacteria vocabant: quod quicunque babuisset ea: quasi ob custodiam & monimentum sui haberet: non intelligentibus pbariseis, quod bac in corde portanda sint, non in corpore: alioquin & armaria & arcae habent libros: & notitiam Dei non habent. Hoc apud nos superstitiones mulierculæ, in parvis evangeliis & in crucis ligno, & istiusmodi rebus: quæ habent quidem Zelum Dei, sed non iuxta scientiam, usque hodie factitanc.* Sunt autem parva Evangelia, quæ à mulieribus vice Φιλακησιων gestata fuerunt, ut Isido-

rus Pelusiota lib. 2. epist. 150. ait: *Scias pbylacteria exiguoſ fuisse libellos, qui legem continebant, quos Iudeorum magistri ferent, quemadmodum nunc uxores parva evangelia.* Conf. du Fresne gloss. med. & inf. lat. Tom. 1. p. 442. Chrysostomus ad pop. Antioch. hom. 19. pag. m. 236. D. Tom. V. *Non cernis ut mulieres & parvi pueri pro magna custodia collo evangelia suspendunt & ubique circumferunt, quo-  
unque abierint? Tu evangeliī mandata & leges mente describas, non auro & ar-  
gento bic est opus, & pecunia nec librum  
imere: voluntate sola nobis est opus & af-  
fectu animæ ex parte factæ, & securius ha-  
babis evangeliū, non extrinsecus sed in a-  
num penibus ipsum reponens.* Idem in  
comment. breviori in cap. Matth. 23. hom.  
43. p. m. 355. A. Tom. 2. *De hominibus  
naque nostri temporis exponentes, de illis  
videmur exponere. Ergo sacerdotes ex eo,  
quod ab hominibus volunt videri justi, pby-  
lacteria alligant circa collum, quidam vero  
partens aliquam evangeliī scriptam. Dic sa-  
cerdos insipiens, nonne quotidie evangeli-  
um in ecclesia legitur ab hominibus?* Cui

K

ergo

ergo in auribus posita evangelia nihil pro-  
sunt, quomodo eum poterunt circa collum  
suspensa salvare? Deinde ubi est virtus ev-  
angelii, in figuris literarum, an in intellectu  
sensuum? Si in figuris, bene circa collum  
suspendis: si in intellectu, ergo melius in  
corde profundit, quam circa collum suspensa.  
In cap. Matt. 23. hom. 73 p. m. 105. Tom. 2.  
Quenam sunt hæc pbylacteria & fimbria?  
Quoniam facile beneficiorum Dei obli-  
scabantur, idcirco Deus signa sua in libellis  
brevissime conscribi & manibus eorum ap-  
prebendi jussit: unde dictum est: Nec re-  
movebuntur ab oculis tuis. Hæc pbylacte-  
ria, quasi quedam custodientia latine vo-  
cabant, sicuti multæ mulierum modo faci-  
unt evangelia ex collo dependentes: & ut  
aliunde in memoriam reducantur, quod  
obliviosi crebro facere solent, filo digitum,  
strictius ligantes, id Deus seu infantulis ci-  
to jussit facere. Hieronymus epist. 25. ad  
Paulam super obitu Blesillæ filiæ de hac  
scribit: Vacillabant (Blesillæ) agrotatio-  
ne gressus & pallentem ac trementem faci-  
em vix collum tenuè sustinebat, & tamen  
aut prophetam aut evangelium semper in  
manibus tenebat.

§.4. Id

§. 4. Id adeo à Christianis observatum fuit, ut ex gestatione evangelii, Christiani à persecutoribus fuerint agniti & detecti. Certum de hoc nos reddit Martyrium S. Eupli, quod nobis dedit Jo. Bapt. Cotele-rius in monumentis ecclesiarum gracæ Tom. I. p. 192. seqq. Is enim, cum in secretarium introiit, immaculata ferens evange-  
lia; ad eum ait Maximus: minime decen-  
tem rem tenes, & contrariam edictis Im-  
peratorum nostrorum. Calvisianus Cor-  
rector interrogavit; Hæc unde nam sunt?  
An è domo tua delata fuere? B. Euplus re-  
spondit. Non habeo domum: id verò  
Dominus novit. Calvisianus exceptit:  
Tune illa huc apportasti? Reposuit Eu-  
plus: A me hic allata sunt, ut ipse vides.  
Calvisianus Corrector dixit: Et ego scio à  
te producta esse præsente ac inconspectu  
meo. Quænam erga illa sint, lege ac ef-  
fare mihi. Cumque legisset, secundum  
Matthæum, secundum Marcum, secundum  
Lucam, secundum Joannem, sancta Evan-  
gelia; Calvisianus Corrector dixit ad B.  
Euplum: Quidnam ista sunt? Et B. Euplus,  
domini Dei mei, inquit, lex est, quam su-

Scepi ab eo. **Calvisianus**: à quonam accep-  
peris ea, eloquere nobis. B. Euplus: Jam  
dixi tibi, quod à domino meo Jesu Christo  
Filio Dei ipsa habuerim. **Calvisianus** pro-  
nunciavit: Quandoquidam innotuit no-  
bis ipius confessio, in acta publica refera-  
tur. Et pag. 198. Posthac **Calvisianus** jus-  
sit B. Euplum devinciri & magnum imma-  
culatumque **evangelium** alligari collo e-  
jus, sicque per ludibrium abduci in carce-  
rem. p. 200. **Calvisianus** eum jussit capite  
truncari. Hic verò illum rogavit, ut tem-  
poris intervallum ipsi ad precandum con-  
cederetur. Quare aperto sancto Dei Ev-  
angelio, prædicare cœpit Domini nostri  
Iesu Christi miracula. Adeo ut è plebe  
multi per eum illuminati fuerint. Tan-  
dem accepta sententia, per gladium mar-  
tyrio consummatus est. Ex his Eupli actis  
& aliorum martyrum, satis constat scri-  
pturas Deificas, ut interdum appellantur,  
& libros Deificos, persecutores ex manda-  
to imperatorum petiisse, quæsivisse, & ac-  
ceptos igni dedisse. Vid. **Baron.** ad ann.  
303. n. 10. seq. n. 50. seqq. ann. 304. n. 44. **Jo.**  
**Dallens** adversus **latinorum traditionem**

de.

*de religiosi cultus objecto lib. i. c. 25. pag. 205.  
seqq.*

§. 5. Sed satis de hoc externo evangeliorum cultu, qui nullus est, si interno cordis affectu doctrina libris illis comprehensa non excolatur. Quemadmodum enim, concludo verbis saepius citati autoris ad mentem Patrum, optimo jure reprehenditur Judæorum inanis ac præpostera religio, qui legis suæ codicem mira veneratione prosequuntur; substernunt mundissima linctea, procidunt, adorant, non correctant nisi puris manibus, cum ea, quæ præcipue lex docet, impiè negligent. Ita nobis curandum est, ne quam sumus in cæremoniis religiosi cultores Evangelii, tam reperiamur in non observando prophani. Quorsum enim attinet codex e bore, argento, auro, serico, gemmis ornatus, si vita nostra sordibus vitiorum, quæ execratur evangelium, oblita sit; si animus noster nullis evangelicis niteat virtutibus? Quid prodest liber admotus pectori, si quod docet abest à pectore; si quod damnat, regnat in corde? Quid sibi vult suffitus odoratus, si nobis sordet illius do-

doctrina, si vita nostra est odor lethalis? Quid prodest submissa ad codicem cervix, si nostræ cupiditates erectis cervicibus pugnant adversus ejus præcepta? Quid confert assurrexisse, si tota vita nostratalis est, ut palam evangelicæ doctrinæ contemptum præ se ferat? Qua fronte codicem exosculatur evangelicum, qui libidini, qui avaritiae, qui ambitioni, qui gulæ, qui iracundiæ serviens, conspuit evangelica præcepta? Qua fronte, inquam, dat osculum libro nihil aliud dicenti, quam pacem, quam mansuetudinem, quam charitatem, qui contempta Christi doctrina, totus livore tabescit, odio madet, ira fervet, ulciscendi libidine fertur, rapitur, furit in proximum suum; qui dum suo morem gerit animo, fratrum vitam furiabibus miscet inimiciis? Quo ore complectitur, & adorat evangelicum codicem, qui totis vitæ studiis, huic mundo foederatus est, quem velut hostem evangelica execratur philosophia? Quin hæc magis admovereamus pectori, hæc osculemur animo, his cervicem inflectamus, & tunc se res bene habebit!

F I N I S.







